Ad Lectorem
Michael
Fernus
Mediolanensis

Parthenopes uarias qui nescis ordine clades
Gestaq; ab externis bella cruenta uiris
Et pulsos reges consersaq; sanguine regna
Ex hoc exiguo codice doctus eris.
Cœci mortales totũ confundimus orbem
Alter in alterius dum ruit excidium
Dum se quisq; cupit reliquis prestare: sed oẽs
Cõmorimur misera conditione pares.

Σημείωσαι ὅταν ἡ εὐθεῖα λήγει εἰς ᾱ καθαρὸν
ἢ εἰς ρα· ἢ εἰς θα· ἢ εἰς δα· τότε ἡ γενικὴ
εἰς ας. οἷον ἡ μαῖα τῆς μαίας· ἡ μέρα τῆς μέρας
ἡ μάρθα τῆς μάρθας· ἡ λήδα τῆς λήδας

apud Graecos
Nota quando nominativus desinit in a purum
ut in ra. ut tha. ut in da, tunc genitivus
in as. ut haec maia huius maias haec mera huius meras
haec marta huius martas haec leda huius ledas

apud latinos sic fiunt

MICHAEL FERNVS MEDIOLANEN. POMPONIO LAETO LITTERATORꝶ PRINCIPI. .S.

QVid agas in Quirinali tuo Pomp. & si cōiecto: qui semꝑ cū mortuis disceptas: minus tamē me gallici tumult⁹ qui nos quottidie agitant scire permittunt. Nā neq; te ut pridē inuiso. Neq; si inuisam quid afferā pręter molestissimum quodcūq; habeo: ut quāto quisq; charior tibi est eo rarius cū nisi de turbulentissimis cōmutañ alloquare. Facis quidē prudēter tu qui intra montes te contines: & pręter massas qua reliqui Quirites in fortuna habeant nō curas audire. Verum uide quid securo tibi pręripiant iuriscōsulti. Qua ingenii fœlicitate gloriam ex tua professione: atq; ut ita dicam harena: uaticani patres sibi cōparant: ut nisi caueas tuo te Quirinali detrudere iā: qui nihil edas: possint: & tuis abreptis musis de te triumphent. Nuper cū in exemplarias stationas: ut sunt mea pleraq; ī foro negotia diuertissem: codicillum illic offendi apud manuensem: in quo omniū qui rem Siculā: quod regnum Neapolitanū dicūt: tenuerint noīa: tēpora fortunę: miro ordine cōtinebant. Protinus ad auctorem ut fit oculos intendi. Felini opus erat illi⁹ Ferrarieñ auditoris rotę uiri clarissimi: cui ī iure parē eo ex ordine multę ętates protulere neminē

quē ſummus pontifex palatinis ob ingentē illius & admirandā uirtutē: uitę integritatem: morum candorem: mirū nisi ut ad ſummū quoppiam faſtigium efferat edibus apud ſe ſuſcepit. Dii boni quantū leporis: q̄ exacte: q̄ ad amuſſim: adde am pliter limite in anguſto: & q̄ facunde quicquid ubiq; eſt illic ille complexus: quo quiſq; iure: qui bus armis: q̄ auſpicato: q̄ glorioſe: quo℞ etiā cęde q̄ nefarrie ſeſe īgeſſerit. Quid multa? captus ſum incredibili deſiderio illius habēdi. Extemplo ad illum me contuli. Et ut mea ſemp fuit ſumma uo luptas nihil abditum: quod ad uirtutē ſpectaret habere: quod nō cōmune omnib⁹ facerē: nō tantū mihi exemplū fieri q̄ omnibus edi poſtulabam. Sciebam eni nihil hoc tempore quo regum Neapolitanorū ius ſucceſſioq; in diſceptationē poſita eſt optabilius hac una epitomaria lucubratione ſtudioſis cōtingere poſſe: qua quod hiſtoriographi ſparſim fuſeq; ſuis uoluminib⁹ prodidiſſent uno tanq̄ in corpuſculo congeſtū plegere poſſent Id ſe ille: q̄q̄: ut eſt uir unus inter mortales humaniſſimus: & eo℞ qui litteraria delectent̄ amantiſſimus per raro uotis abnuat meis: pmiſurū oppido recuſauit. Verum ſago uenatori nihil tam abſtruſum quod non exploratū ſit & paruo negotio cōperiat̄. Audiebam cōplures Cardinales alioſq; pmultos exemplū habuiſſe. Ad illos cōfeſtim ego cōceſſi. Habui. Legi. Obſtupui. Vt iam plane in

telligam nullum esse relictũ hominibus accusan-
di nisi sui locum: qui dum inertiam suam nõ cogi
tant: & naturã: & temporis angustias: & imbecil-
litatẽ humanam: si nihil ipsi cudant: causari non
desinunt. Vir hic iuri dicundo: libellis referun-
dis. Pontificiis consultationibus & mille pręterea
occupatus negotiis semper aut in iure componit
aliquid: aut in hiis quę humanitatis appellantur
studiis tãta facilitate: copia: & ornatu: ut reliquis
mortalibus humanũ: huic diuinũ putes a natura
datum ingeniũ. Nõ potui mi Pomponi cohibere
me quin tam pręclarum opus: tam optabile regũ
parthenopeorũ compendiũ: succenseat uel ille mi
hi: ederem: ut ambulet summa per astra totũq; su
sus circumeat orbem: quod breui cõclusum theca
merito apud paucos fraudatũ honore seruare ni-
mium ille tetrice statuerat. Suspensum me uero
diu habuit: Pręfarer ne aliquid: Dicarem cuipiã
& tanq̃ recognitũ in manibus hominũ prosparge
rem. Nã edendi fortasse auctor cõsultius suppri-
mi poteram. Et ego unus sum qui maxime soleã
contẽdere: nõ esse: ne sua quidem: opera dicanda:
quoniã uanitas inde maltorũ sępe perspecta est
& prior labefactata existimatio: cum plęrunq; eę
optimatibus fiant dicationes: apud quos ius tibi
quoddã arctissimę amicicię esse: uel si nõ sit: exci
tare te cupere ostendis: quę si nõ extiterit: aut nõ
inde gignatᷣ q̃ intima & peculiaris inditio est ꝙ

aut illi ludificarit olim te: aut ita de te & tuis sen
tiant somniis: quibus eorũ gratiam promereri di
gnis minime uideare. Sæpe euenit ut his ipsis nõ
delectent. Diceris sæpe ambitiosus & temerarius
Nõnunq̃ illi ipsi dissimulant gratũ: nata ingrati-
tudine factũ: ne tuo quodã iure audeas officium
aliquando reposcere. Ad recognoscẽ autẽ minus
idoneus me nemo. Qui tametsi Campanũ apruti
num pontificẽ: oratorẽ omniũ qui unq̃ a Cicero-
ne dixerint consensione omniũ principem impri-
mẽdũ suscepi: opus multifario tractatu: oratiõe:
familiari epistola: historia: & epigrãmate: q̃ am-
plissimnm: uarium: illustre: tamen hoc uno in re-
cognoscẽdo potui subuereri: quod ex tot historiis
decerptum est: quorum ne partẽ quidẽ mediam
uidisse affirmare ausim. Succurristi tu tamen mi
hi mi Læte alter nr̃i latii Apollo: Musarũ Rex:
bonaꝝ litteraꝝ parens: qui illi: ut docti doctis fa
cillime congruunt: beniuolentia copularis incre-
dibili: cuius ingeniũ supra q̃ mortale est: quẽ ni-
hil fugit: In quo omnis ambitiõis suspicio abest:
cui: nõ dicarem quidẽ: eninuero scelus est & irre-
ligiosum aliena dicare: sed cuiꝰ sub numine ederẽ:
quod uiolare maledictis omnis abstineãt. Ex te
hanc unam gratiam aucupaturus: quãdo nec dat
aurũ qđ nõ effodit poeta: nec tu in Vaticano sedes
qui me ebeare possis. Nec si sederes aut Lidũ di-
tior excederes: is ipse sum q tibi molestus essem:

paruo cõtentus:sicut docet philosophi:farris acer
uo:sodalitatis indignũ ne me tuæ Esculinai arbi
trere. Et cum ad te libet recedere aut intra collap
sa Quiritiũ uetustate atria totis captaturi diua-
gemur zephyros exquiliis:aut euecto iã sole Cõ-
stantinianis tuis iñ thermis laurea in umbrã sub
sylua tua tecũ me cũ catella stupratoris nescia col
lusorẽ nõ refugias admittere. Vale mi Pomponi:
citra pantheona cauesis te ostendã: nec te nostris
fluctib9 cõmitte. Differimur hic miseri omnes ua
riis cupiditatibus Ego dum angustam rem domi
fortunatiorẽ facere conor:meone iniquo sydere:an
principũ:q ad uirtutes sero respiciũt culpa miser
rime discrutior. Tu unus beatus qui potes nobis
spretis tibi & musis uiuere. Id. Apr. M. cccc. xcv.

ALEXANDRO·VI·PONTIFICI MAX·



Vm pauloante desyderasset a me.s.
·v·clementissime pr̃ : ut qui Siciliæ
Apulięq; possessores fuissent:quoad
breuius fieri posset:referrẽ: Collegi
me ipsum paulisper: Librosq; meos(sunt eni cõ-
plures)rogaui diligenter:ut & possessores: & or-
dinem: & tẽpora istius regni mihi aperirẽt· Qui
postq̃ decendiũ ex tantæ rei indagine mecũ: ocio
furtim subtracto : occupassent: Feline inquiunt:
& si mansuetiores nostræ musæ nihil cũ tuis stu-
diis cõmune habere uideant̃ :p̄ te tamẽ pontificis
clæmẽtia his ædibus collocati: uoluntati tuæ mo
rem nõ gerere:nefas duximus: quę cupis: sparsa-
sunt· Et nullis adhuc plene cõgesta scriptoribus:
Ex diuersis tamẽ sũmulam contraximus:quę ue-
rum beati Petri successorem:in cuius patrimonio
regnum istud esse nemo ambigit:multa(ut spera
mus)uarietate iuuabit· Accipiat itaq; ·s·ur̃a pr̃
clæmẽtissime sereno uultu summariũ: Cum quo
ad uarietatẽ rerum regni huiusmodi(mea quidẽ
sñia)facilior his aperiet̃ uia: qui & otii:& studii:
& ingenii:& eloquentię:aliquanto plus consecuti
sunt q̃ Felinus· Quẽ coaceruatæ ĩ horas curę:etiã
oscitare nõ sinũt· Incolumẽ & mei memorẽ ·S·T·
conseruet ·d·deus noster pater candidissime·

EPITOMA DE REGNO APVLIE ET SICILIE REDVCENS SVMMATIM IN VNVM QVECVNQVAE DE EO TANGVNT HISTORICI INCIDENTER ET SPARSIM DVM VNIVERSALITER RERVM OMNIVM GESTA DESCRIBVNT.

¶Caput Primum.



IVITAS NEAPOLITANA paulo ultra trecētesimū annū neq; regia sedes neq; ī eis oris regnū: aut regiū nomē ullū erat: a supero mari: græci impatores: ab infero nostri: & ipsis inter se dissidētibus imperabant. Gubernabātur hę regiones uariis sub ducibus qui & ipsi imperatoribus parebant. Hæc Poggius ī libro primo de uarietate fortunæ quem edidit tempore Nicolai quinti.

BELISARIVS declaratus a Iustiniano dux belli: in Siciliam cum classe nauiganit: simulās se in Aphricā nauigaturū: ex improuiso Siciliā in deditionem recepit. Digressus in Dalmatiā multis gestis: rediit in Siciliā: quam illico pacatam inuenit. Et e Messana soluēs Rhegio in deditione accepto: peruenit Neapolim. Stephanus quidam magnę auctoritatis Neapolitanus: ad eū missus: obtinere nequiuit: q; omissa urbe Neapolitana Ro-

Joannes. ṗ.

537

mam tenderet. Motus fuit populus & factionem Gothorum iã animis perditorum erigere conat̃. Miles quidã Isauricus noĩe docuit Belisariũ posse urbẽ capi: ĩmisso milite p foramen petræ: cui aquędu-ctus inerat. unde ampliato p fabros foramine: si-mulatoq; apparatu ad muralẽ pugnã quadringẽ-

Silẽ arte vsus Alfonsus Rex eius nois pri-mus vt infra.

tos electos p foramẽ ĩmittit: & signo ex quodã tumulo dato classi pari crepitu dux respõdit. Mox scalis appositis repente urbs capit̃. Vbi Belisarius graui oratione milites ad prudentiam & moderationem inflãmauit & Romã duxit. Hæc ex Blondo decade prima libro.iiii.in principio fo.xxix.

TOTILAS rex Gothorum magna prælia cõtra exercitũ Iustiniani Belisario in græciã reuocato: in

Vigilius papa

Italia gerens: multa loca pactione acqsiuit in flaminiã: inde ĩ Cãpaniã pfectus Beneuentũ captũ

545

muris nudauit. Neapolim obsedit. Interĩ Cumas & alia loca cępit. Iustinianus ex his & ex successorum Belisarii desidia cõmotus: misit in Itáliã Maximinũ & Demetriũ ut primo Siciliã mox Italiã iuuarẽt. Totilas Neapolĩ obsidẽs primo classem Demetrii timuit: mox uidẽs milites Romanos nõ audere classem græcã ingredi: oĩa cõspicatus ue-nientẽ Demetriũ fudit & fugauit. Maximinus aliã classem collegę cõcessit: quæ cũ Demetrio a Toti-la capta est. Totilas tandẽ Neapolim capit nemine lęso: hostes captiuos dimisit: qui cũ suis erat seuerissimus. Belisarius q contra Cosdroam regem

Parthorꝝ belligerabat: iterū ad italiā cū quattuor milib⁹ militū a Iustiniano mittit̃. Et primo Hy-druntū ab obsidione liberauit. Postea cū Gothis ardua circa Romā gessit. Ex Blondo ubi supra li bro. vi. in principio fo. xlv.

SARRACENI Aphricę Apuliā occuparūt. Ita Matthęus Palmeri⁹ in suppleměto Eusebii de tē poribus. Sed in suppleměto historiaꝝ scribit̃ ꝙ anno. dcccc. iiii. tpe Theodori pape. ii. Sarraceni Aphricę Siciliā & Apuliā ingressi occupato Gar gani mōte magnā hominū ac pecorū uim cępere: quo audito: Itali tumultuaria manu cōpata mag nā ex hostib⁹ edidere stragē: & prędā oēm recupe rarūt. — Anastasius. iii. 914

❡ Hius cōsilio Sarraceni qui Romanorum fines uastabāt bello uicti sunt. Cū eni Sarra ceni quasi dn̄arent̃ in Italia: primo ꝓpe urbē de-uicti sunt. Demū Ioānes papa. x. cū Alberico mar chione fratre suo intrās Apuliā cōtra Sarracenos apud Gargilianū & cum eis durū bellum agentes uictores effecti sunt. & Romā reuersi magno ho-nore recepti. Archiepūs floren. secūda parte histo riarum folio. clxxxiii. post Io. de Colūna. — Ioānes decim 917

❡ Landulfus princeps Beneuentan⁹ uicit græcos in Apulia. Illi Sarracenos ĩ Italiā uocāt: q ex Ca labris & Apulis in Lucanos mouētes: Romæ exi-tiū minabant̃. Ioan. x. cū Alberico Hetrurię mar chiōe ad Liri fluuiū quē Ceriglianū uocāt: apud miturnas eos supat: quę ĩ littore italico obtinebāt

incenderũt·temẽ occupato Gargano oĩa ibi incur
sionibus uexabãt·Ex Platina in Ioãne decimo·
¶Romanos quidã re & nomine Constantini im-
919 peratoris græci filii Leonis:imperatorẽ se faciens
Sarracenos inuocauit: ad debellãdos Calabros &
Apulos· Sarraceni ne dum eas regiones debella-
runt:sed ad internitionem usq; deleuerunt·Et ui-
ctoria elati dominos se fecerunt: spreto Græco: &
de Roma subigenda agebant·Ioannes papa·x·uo
cat fratrem suũ Albericum Hetruriȩ Marchionẽ
qui exercitu deleto Sarracenos fugauit:Illi mon-
tis Gargani arcem cõmunientes:ibi sedem recepe
runt:ex qua Italiam postea sæpe uexarunt. Blon
dus secũdo libro historiarũ folio·cxvii·

¶Caput Secundum·

Bñdictus.vij. 982



TTO CONTRA APVLOS & Ca-
labros bellum mouet eo q; parere impe
ratori Cõstantinopolitano n õ desistũt·

Otto.ij.primi Ottonis fili⁹.

¶Grȩci comparato mercenario exercitu in Italiã
contra Ottonẽ transeunt: & statim magna eorum
983 strage superant᷑· Quare Otto uniuersam prouin
ciam possidet:& Beneuẽtũ quod grȩcas sequebat᷑
partes capit·Matthȩus Palmerius ubi supra·
¶Anno octauo imperii Ottonis secũdi Impera-
tor Apuliã & Calabriam ad ius regni græcorum
appendentes:ad Romanũ imperiũ conatur trans-
ferre:maxime propter affinitatẽ quã p uxorẽ suã
Theophaniã cũ imperatore græcoꝝ habebat·

¶ Anno nono græci īfensi: q̄ Impator Otto ꝓuin-
cias græcoꝝ inuaderet: conducto sibi Sarracenoꝝ
auxilio Imperatori in calabria bello congrediun-
tur. In quo bello omnes pœne Romanorum copię
usq; ad internitionem quasi deletæ sunt. Impera-
tor natando nitens euadere: a nautis ignoranti-
bus eū capitur: & a quodā eorū qui erat negocia-
tor agnitus: nec proditus: tandem pecunia libera-
tus. Anno. x. Otto Rome moritur: Hec Antonina
in Ottone. ii. Iste uidet' uariare a libro Eusebii in
proximo dicto: & hoc forte melius per sequentia.
¶ Otto secūdus intelligēs q̄ Iofredus Cāpanię co
mes inductus a cōsulibus & de cacornibus Roma
nis miserat Ioannē papam. xiii. in Apuliā ut exu
lem: Romam ingressus sumpsit suppliciū de ma-
grātibus. Dū ista percurrūt sclaui facti christiani
tpe Hadriani. ii. Sarracenos ad Garganū seden-
tes expulerūt. Et hungari post sclauos copias Sar
racenoꝝ q̄ remāserant ex omni Italia repulerūt.
¶ Pādulfus Capuæ princeps noīe caput ferreum
ostēdit repelli posse Sarracenos: qui Italiā turba
bant: si copiæ quas Otto Capuā adduxerat: inde
Calabriam mitterentur. Sarraceni hoc solū per fa
mam audito in patriam nauigarunt.
¶ Otto secūdus fugauit græcos ex Apulia: qui ꝓ
hibebāt sibi tradi filiam Nicephori Imperatoris
Constantinopolitani: quem ob id occiderant.
Basilius & Cōstantinus Cōstātinopolitani Impe Joānes. xx. 1023

ratores contra Ottonē bella gerunt: & pulsis primo Creta Sarracenis Apulia & Calabria p deditionē potiti sunt: quæ loca amiserant Nicephorianis temporibus.

¶ Otto cōstituta pace cū Lothario rege Francorū uenit ad italiam expulsurus græcos imperatores Sclauonia & Dalmatia īuasa. Coacto postea Romæ exercitu in Apuliā tendit: ubi a Græcis fractus aufugit: adeo uiribus eneruatus ut Græci si uictoria uti sciuissent: facile potuissēt Roma ubiqꝫ potiri. Otto fugiēs scaphæ se cōmisit: & a pyratibus eū ignorantibus in Siciliam delatus: Romam remittit. Vbi Beneuento deleto obiit. Blondus tertio libro secundæ decadis folio.cxxii.

¶ Caput Tertium.

Sergius.iiij. 1007



CALABRIA ET APVLIA erant hoc tempore ī ditione Michaelis Catalaici imperatoris Cōstantinopolitani. Guielmus Normannus cognomine Ferabach Heturię partem per omnē Romandiolā tunc possidebat: Confederatus est tribus potentatibꝰ Capuano Salernitanoqꝫ principibus & Malocho græco Calabriam & Apuliā pro imperatore græco tenente. hi quattuor Siciliā occuparūt: expulsis Sarracenis. Malochus prędam æqualiter distribuit. Siciliam uero pro suo imperatore græco retinuit. indignatus Guielmus Ferebach: & iniuriā dissimulans. Cæteris reuertentibus ad propria: ipse Apu

Guielmus eiꝰ noīs primꝰ dictus Ferebach Apulie dn̄s.

liam inuasit: circundans Melphiã·Malochus ad hæc aduolat: & exercitu a Ferebach fracto fugatus est· inde Guielmus multa eius regionis parte potitus·Blondus·iii·libro folio·cxxiii·

¶ Huic Guielmo Tãcredus normãnus pater fuit q·xii·ex duabus uxoribus genuit filios apud normandiã: ubi cũ eorũ sumptibus premeret: italiã ueniens primo in Romandiola substitit: & filii talia cõtra Salernitanũ & alios principes gessere facinora: ut eos senserint omnes suo malo esse uiros prestantissimos·Supplementũ Cronicarum·

¶ Comite Guielmo defuncto: frater eius Drogo Apuliã obtinuit·Quẽ missus a Constantinopoli Melalter alias Melem Catipanus imperiali primo impetu Apulia pœne omni expulit·Drogo exercitu instaurato: græcorũ superatis copiis perdita de Apulia recepit·Hic cũ septẽ annis comitatũ tenuisset: moriẽs Gotifredũ fratrẽ hũit successorẽ

¶ Henricus Romã ueniens a Benedicto coronatus ẽ Sarracenos ex Capua expulsit: & cępit Troiam urbem in Apulia ædificatã a græcis nouiter ut esset eorum tutum refugiũ ad infestandos italorum fines·Blondus·iii·libro folio·cxxiiii· Bñdictus.vi[illegible] 1010

¶ Per id tempus defuncto apud Constantinopolim Michaele Catalaico imperatore: successit Michael Etheriachis·Ad cui9 tpa Normãni Apuliã tenẽtes & græci prelio inter Aufidũ amnẽ & Oliuentẽ oppidũ acerrimo cõcurrerũt·Normãni uictores·

¶ Caput Quartum.


Vm sepius inter se confligerent duces illi prisci de quibus supra in principio. Superuenerunt Robertus & Ricardus Normani minuēdæ multitudinis causa domo in Apuliā profecti. Dum bellantibus īuicem Italis opem ferunt gloriam & opes auxere.

¶ Nonaginta ferme annis Normāni magna cum laude diuersis præsidibꝰ cū militassent tandē ducem sibi preficiunt Tristanū cognomento Cistelū Dum in ducis Salernitani presidiis essent. Huic ueneno quem occiderat serpentis defuncto successit Rāno qui Auersam urbem cōdidit. Post hunc Carolus Capuę princeps: quē Iordanus filius & Ricardus nepos secuti sunt. Deinde Drogo Tācredi ex Altauilla filiꝰ princeps Normannoꝝ factus: ac Neapolitani Comitis Nasonis proditione occisus. Successorē fratrē habuit Hunfredū q uniuersam Apuliā sibi subægit. Hæc Poggius de uarietate fortunę libro primo fo. xxiiii.

¶ Caput quintum.

Robertus Guiscardus


OBERTVS GVISCARDVS e gallia cū exercitu ꝓfectus Apuliā obtinuit: fugatis ex ea prouincia Grecis atq; Aphris qui sub Italoꝝ cōtentione illā possidebāt. Matthæus Palmeriꝰ ubi supra. Leonis huiꝰ tpe(teste Io. de Cos.

[...]o nonus 1053

quē sequit Antonina fo. c. lxxxv. Normanni magnā Apulię partē occupatā tenebāt nec Romanę

ecclesiæ in aliquo respondebant. Habuit ergo ab Henrico quarto exercitũ magnũ ad eos debellandos: tandẽ cũ exercitu a principe Normãnorꝝ captus est: nec uoluit relaxari qa sui nõ relaxabuntur. & post multa sancta opera obiit.

DROGONE Normannorũ Comite in Apulia mortuo Gisulphus frater regnũ adeptus Beneuẽtum urbẽ Ro. pontifici deditam ui occupat. Leo suo iure & copiis imperatoris fretus cũ in Gisulphum incõposito agmine mouisset: ab eo superatᷣ & capitur. Nec ita multo post Romam ĩcolumis remittitur. Platina in Leone. ix.

¶ Idem. Sunt qui scribãt Robertum Guiscardi e Gallia in italiã cũ exerritu profectũ fugatis Græcis & Aphris Apuliã occupasse. Et thesaurũ inuenit consilio Sarraceni magici.

PANDVLFVS hostiarius Lateraneñ. ecclesiæ in additionibꝰ ad Cronicã Damasi papę de Pontificibus ita scribit in Leone. ix. Hic sua prædicatione oẽs Normãnos & Francigenas ad destruendam superbiã illorũ qui in partibus Apuliæ cõmorabanᷣ deduxit. Quoniã superbia eorũ intantum creuerat ꝙ totã terrã in suo posuerant dominio: & beati Petri uicarii nihil ibi iuris aut dominii retinebant. Qua deniqꝫ uictoria facta & tota terra suo dominio reddita ad urbẽ cũ pace rediit.

¶ Glosa sup istis uerbis dicit ꝙ hoc est simile illi quod postea fecit Vrbanus. iiii. uocãs Carolũ fra

trem regis Lodouici cõtra Mãfredũ: Sed p rõnes & iura ostẽdit q papa potius debet oĩa mala pati in tpalibus: de qbus christus nõ curauit: q̃ p terrenis diuitiis ponere ĩ Italia belliferas societates: & sanguinẽ christianũ ponere in effusiõe. Nunq̃ ex hoc fuit Ro. ecclesia psperata secũdũ eũ. Pro quo facit qd̃ scribit idẽ Pandulfus paulo post ĩ Gregorio. vii. referẽs q Grego. mãdauit in cõcilio Lateranẽ Normãnis ut dimitterẽt terras ecclesię sub intermĩatiõe Anathematis. Dicit ibi glo. Isti Normãni fuerũt ducti a Leone. ix. ut iuuarẽt ecclesiã & modo occupant Ro. ecclesiæ terras. Nõ est ergo nouũ qd̃ faciũt hodie malæ societates ĩ Italia secũdũ glo. ¶ Et notãdũ q licet Leo psonaliter iuerit ad domãdos occupatores Apulię: tñ eũ in hoc dãnat Io. de Colũna ut refert archiepũs dicẽs q licet pio aĩo hoc egisset: tñ hoc ei nõ fuit decẽs: qa quicqd uetitũ fuit Petro: cui dictũ fuit: Pone gladiũ zc̃. uetat & successorib9. Et ad hoc seruit qd̃ scribit Petrus Damian9 quẽ dicũt ex Cardinalatu ad religionẽ trãsiisse. Nã ĩ quodã opusculo sũmato p archie. iii. pte fol. cciii. Dãnat prelatũ q p tuendo iure tpali etiã pñtialiter assistit armatorũ conflictibus. Si obiiciat Leonẽ papã bellũ gessisse. Rñdet: nõ ideo Petrũ factũ aplo4 principẽ qa negauit: Nec Dauid ideo pphetã: qa mœchatus est Bona enĩ uel mala nõ de meritis habentiũ: sed de ppriis qualitatib9 debẽt æstimari. Gregori9 multas rapinas & uiolẽtias a Longobardis passus est

Ambrosi⁹ ab Arrianis: uterq; sola patiētia dimica uit scd̄m eū. ¶ Poggius de fortuna. Cū Hūfredus uniuersā Apuliā sibi subegisset: filiū Roberto fratri quē ꝓpter uersutiā Guiscardū cognoīabat: moriēs tuendū dedit: Is nepotis uirib⁹ usus Calabriā Siciliāq; cum sibi subdidisset: Græciā Aphricāq; bello lacessiuit.

¶ Blondus li.iii.fo.cxxvi. Gotfredus Normānus q Drogoni fratri in comitatu Apulię & Calabrię successerat: moriēs instituit Bagelardū filiū: quē Robert⁹ cognomēto Guiscard⁹ gotfredi fr̄ expulit ¶ Et Robertus solidissimū robur prudētię addere cōstituēs ꝓcurauit recōciliari & cōfœderari cū Ro. ecclesia. Et cū oratoribus suis reuertentib⁹ in Apuliā accessit Nicolaus papa.ii. Et Robert⁹ ab excōicatiōe absolutus: factus est dux Calabriæ & Apulię & uasall⁹ eccl̄ię: vñ cęteri capitanei deleti. ¶ Iste Robertus multa fecit ꝓ ecclesia pręcipue ī tutādo Gregorio septīo cōtra Henricū.iii. impatorē: q Robertū uehemēter timuit. Nā ab ei⁹ faucibus bis liberauit Gregoriū. Et cū semel supasset Alexiū impatorē Græcoꝝ: in culmīe uictorię destitit: ut iret Romā iuuatur⁹ Gregoriū cōtra Henricū ꝓut fecit: ubi etiā magnā partē urbis incēdit ꝓ liberatione Gregorii in arce Hadriani obsessi. Obiit anno dñi.clxxxvi. annorū.lxii. Valde laudatus ex multis uirtutibus: sed ultra ęstimationē (teste Antonino archiep̄o) dominii appetitor.

Nicolaus.ij. 1059

Robert⁹ Guiscardus.

Dux Calabrie

Alexander.ii.

1075

Caput Sextum.




REVERSO ALEXAMDRO Romam ex Cōcilio Mantuano contra Cadolum celebrato. Ricard9 frater Roberti Guiscardi: & Guielmus eiusdē Ricardi filius Capua subacta & Beneuento īuaso: Ceperanū obsidebāt. Robertus horū forte insons in expeditione contra Græcū in Brundusio intentus erat: cum Gotfredo fratre ubi Panhormo & Trana urbibus potiti: nihil Guielmo & Ricardo pręsidii attulerunt.

Ildebrādus archidiaconus qui postea successit Alexandro. ii. dictus Gregorius. vii. cum Gotfredo & Matilda uxore coegit Ricardū & Guielmū capta de terra ecclesiæ restituere: & Romā cū ęxercitu reuersi sunt ualde honorati.

Gregorius septimus celebrās Conciliū in Laterano ubi etiā fuit Comitissa Matildis: excōicauit Robertū Guiscardū & cęteros Normannos: eo qa nouiter occupauerant terram ecclesię de Marchia Anconitana quā nūc Firmanā appellāt. Hęc Blōdus tertio libro folio. cxxix.

De Roberto Guiscardo ita scribit Otto epūs Frisingensis in libro de gestis Friderici primi fo. vii. Robertus iste ex mediocri stirpe in Normannia: ex eoꝝ militū ordine quos Valuassores uulgo ibi dicere solent. In plaga quā Constantiā dicūt editus cū Rogerio fratre. Tam patri famis tempore morē gerens: q̄ ob locorū sterilitatis molestiam: a

natali solo pgressus multo tpe p multas puincias opportunitaté ad inhabitandã terrã quęrés oberrauit: vnde & ab oberrãdi circuitu: patria lingua Guiscard⁹ tãq̃ aberrator uel girator appellat⁹ est Cũ ergo nõ paucis ut dictũ ẽ dieb⁹ multa⁊ regionũ girator existeret: a citeriori Italia: q̃ mõ Apulia seu Calabria dicit͛ tandé excipit͛: Quã dum a Longobardis possessã inertis plebis inhabitatiõe tanq̃ industrię defensiõis uacuã ĩueniret. Remissis ĩ Galliã nũtiis: expositaq̃ loco⁊ idoneitate: ac gẽtis inertia ad expugnationé earũ ciuitatũ & socios ĩuitauit. Et ne multis detinear: uirtute: dolo: arte: ignaui populi uictor existẽs: Cãpanię: Apuliæ: Calabrię: Sicilię ad ultimũ possessor ĩuentus est. Reliqt aũt Rogerio fři ex pte sui comitatũ Siciliæ tenendũ. Ipse uero Ducatũ Apuliæ cũ Calabria sibi retinuit. ¶ Hui⁹ filius q multa postmodum tã ĩ Græcia q̃ in cęteris oriẽtis partib⁹ fortia & gloriosa gessit opa Bohemũdus fuit: Fratris uero sui Rogerii Rogerius q postmodũ nomé regiũ usurpauit: natus erat hui⁹ q impñtia⁊ est Guielmi pater. Hæc ille. ¶ Caput Septimũ.


OGERIVS fili⁹ Roberti Guiscardi successit ei defuncto in Ducatu Apuliæ: q magis munificẽtia q̃ potẽtię austeritate bene rexit. ¶ Bohemũdus frater ei⁹ ãno. ii. Ducatus ei bellũ ĩtulit: & nõ lõge a Beneuẽto iste succubuit: uno tm̃ hoie in eo plio occiso. Recõciliati sũt

Victor tertiu 188.

Urbanus. ij. 189.

Rogerius Roberti Guiscardi.

dato Boemūdo pricipatu Tarētio p se & heredib9
¶ Rogerius accepit filiā Roberti Frisonis Comitis Flandrensiū: quæ fuerat regina Danorū: ex q̄ post duos defūctos: natus est Guielmus qui patri successit in Ducatu.. Sed postmodū sibi coronam imposuit. Archiepūs. ii. pte folio. cxcvii.
¶ De his sic sūmatim ex Blōdo li. iii. secūdę decadis fo. cxxxiiii. Bohemūdus frater Rogerii pręliū cōmisit cū Rogerio nō cruentū. Nā Comites paterni utriusq; exercit9 pacē cōposuerūt: ut Bohemūdo pars obueniret Ducat9 Apulię. Rogeri9 titulū & cętera retineret q̄ pr̄ possedisset de Italia.
¶ Sic Rogeriū inuestiuit Vrbanus. ii. in concilio Melphitano. Cępit Rogerius Siracusas Et ī uxorem Halam filiam Roberti Frisonis Flandrensiū Comitis: ex qua natus est Guielmus.
¶ Bohemūdus cōcessiōe fraterna nō cōtentus: bellum ei intulit & Melphiā furto surripuit. Cōfœderatus etiā cū Ricardo Beneuētano principe paterno hoste: q fratrū discordia usus ī patriā est reuersus: & fauit Giberto antipapæ Pascalis secūdi
¶ Postea tpe Vrbani secūdi Bohemūdus restituit Rogerio Melphiā: & se cruce signauit. Et Rogerius soluta obsidiōe Melphiæ: liberū fecit militibus: ut cuiq; liceret sequi Bohemundū in Græciā ubi Bohemūdus multa fecit ab omnibus historicis laudatissima. Blondus.
¶ Rogeri9 Guiscardi Ducis Apuliæ natu minor

ãno·M.lxxxv·pře in Casiopa insula desũcto successit:& regnauit annis·xxv· Et ubi Ducatũ iniit Capuã & quicqd inde usq; ad Tyberi ad Pontifi cem ptinebat ui abstulit: Cũ Bohemundus eũ bis infestasset:tandẽ uirtute ipsi⁹ motus Rogeri⁹ arma deposuit: & omnia secũ uoluit esse cõmunia: Filiũq; suũ Tancredũ pugnandi cupidũ belli Comitem tradidit· Supplementũ·

¶Poggius de uarietate fortunę·Desũcto Roberto Guiscardo:fili⁹ex scđa uxore Rogeri⁹ successit Quo & filiis mortuis: Rogeri⁹ patruelis Rogerii comitis Sicilię Viscardi fřis fili⁹sol⁹ĩperiũ tenuit ¶Hic Rogeri⁹ p dissensionẽ Honorii·ii·& Anacleti Pontificũ:Cũ Anacleto adhęsisset Rex ab eo prim⁹Siciliæ & regni Neapolitani factus est:Anno·M·cxxx·Dux strẽnu⁹ & potẽs armis:q & ipse in Aphricã classe transiẽs Tripolim: Tunisũq; ui cœpit:& multas pterea urbes ĩ littorib⁹ sitas: hic ad Guielmũ regnũ puenit· Multi inde reges usq; ad Robertũ Ioãnæ reginę patrẽ uaria fortũa extiterũt· hæc Poggi⁹.aliud usq; ad Ioãnã primã nõ referẽs· ¶Errat Poggius: qm̃ Anaclet⁹nõ fuit antipapa Honorii·ii·sed bene Innocẽ·ii·sui successoris·Vocabat̃ Anacletus: Petrus Leonis ciuis Romanus potẽtissimus:q in cõcilio apud Claromontẽ operãte scõ Bernardo superat⁹est·Et de illo scismate late Archiepũs.ii.pte fo·ccxviii·ubi quo ad ppositũ ita scribit· Rex Siciliæ Rogeri⁹ solus de

Rogeri⁹ prim⁹ Rex Apulie.

principibus Innocentio nõ obediens: misit ad Pe-trum Leonẽ ut Petrũ Pisanũ sibi a suo latere delegaret: cõfidens in eloquẽtia Petri Pisani. Sed sanctus Bernardus ipsum Petrum Pisanũ Innocẽtio papæ recõciliauit. Post triduũ Petrus Leonis inpœnitẽs morit᷑: & cadauer eius in latebris sepelit᷑ etiã usq; hodie fouea illa a catholicis ignorat᷑ secundũ Archiep̃m. Ergo apparet ꝙ iuestitura Anacleti facta titulo regio ipsi regi fuit iualida. Et cõcordat latius Platina in Innocẽtio. ii. in pricipio.

Titulus regius datus Roberto ab Anacleto inualidus.

Pascalis. ii. M. c.

¶ Rogerius Siciliæ Comes obsessam aliquandiu Canusium cœpit: & paulo post uita est functus. Cui in Siciliæ Comitatu alter Rogerius ex fratre nepos successit.

¶ Pascalis egens pecunia propter Gimbertũ anti papam Albæ Marsorũ agentem: Habuit a Rogerio in gratiã recepto & reconciliato mille untias dono. Postea expulit Gimbertũ de ciuitate Alba auxilio Romanorum: & ille profugus subita morte sublatus est.

Dono xius. ii M. cxxvii.

¶ Caput Octauũ.



VIELMVS Rogerii ducis filius Apuliæ & Calabriæ Dux ei succedit.

Guielmus. ii. noie Normãn⁹

¶ Hic Guielmus postq̃ regnasset ãnis xvi. Ducatu Apuliæ & Calabriæ a Rogerio cõsobrino deiicit᷑: & apud Salernitanũ Principẽ sine hæredibus morit᷑. Et in eo oĩs Roberti & Guiscardi familia ꝑ lineã masculinã defecit.

Regnũ deuolutũ finita linea masculina Roberti Guiscardi:

¶ Iuerat enī Guielmus ad Alexiū imꝑatorē Constantinopolitanū filiā ei promissam ducturus: & ꝓuincias suas Calisto·ii.cōmendauit· Sed Rogerius altero Rogerio genitus ei⁹ ex materna linea consobrinus Siciliȩ Comes Calixto cōtempto absentem spoliauit qui ut est dictū apud principem Salernitanum obiit.

¶ Per hæc tp̄a Guielmus Rogerio genit⁹: Roberti Guiscardi filio Apuliæ dux: & Iordan⁹ dux Capuanus: & Iordanus Arriani comes cōuenerūt ad Calixtū primū q̄ prȩcessit īmediate Honoriū·ii· quos sacramento adactos Romanȩ ecclesiæ hoīes ligios cōfirmauit· Guielmus optauit in uxorē filiam Alexii imꝑatoris Cōstantinopolitani pridē uita functi: Et priusq̄ iret Cōstantinopolim: dedit Calixto in tutelā ducatū Apuliæ & cȩterā terram de Italia usq; ad fretū Siculū: eo tunc ducatu cōprehensam· Rogerius istis contemptis dimidiā Calabriā inuasit· Calixtus ex Beneuēto Romam rediit infirmus: & Rogerius Apuliam subegit· Guielmus uxoris spe frustratus ī Italiam rediēs ad affinē Salernitanū principem confugiens: Ibi nullis relictis filiis obiit· Ex eo tēpore Rogerius se regem Italiȩ appellare cȩpit· Calixtus celebrauit Conciliū Lateranense noningentoꝝ episcoporum: in quo ecclesiasticū statū reformauit· Blondus secūda parte libro·iiii·ad finem·

¶ Caput Nonum·

M.cxxvij. Rogerius rex, c.⁹nois secũd⁹.



ROGERIUS autẽ Siciliȩ & Apuliȩ postea rex: nõ se Calabriæ ducẽ: Siciliæq; Comitem: sed Italiæ regẽ appellare se fecit: atq; in eo titulo·xxiii·annis regnauit·

Innocẽtius.ij.

¶ Innocẽtius.ii·ex Cõcilio Claromontensi reuersus: Pisis aliud cõciliũ celebrauit· Interĩ Romani suasu Rogerii caput erexere ex Anacleto antipapa: quare Lotharius ĩpator ab Innocẽtio uocat⁹ est: & classis Pisanoꝶ q̃ Innocẽtio fauebãt: Amalphiam & Riuelũ ducẽs utrãq; urbẽ cœpit· Pontifex autẽ & Lotharius terra ꝓfecti prius Barulũ usq; duxerũt q̃ populũ offenderint contraria sentientẽ. Rogerius sibi timẽs dũ ĩ Siciliã cõfugisset oĩa amisit quæ in terra Itala occupauerat: Cui custodiẽdæ terræ põtifex Rainonẽ Lotharii ĩpatoris Comitẽ præfecit: attributo ducatus Apuliæ titulo Archiepiscopus.

¶ Innocẽtius·ii·cũ in Galutio oppido Rogerium obsideret: ipse cũ multis Cardinalibus captus est a Guielmo filio Rogerii· Rogerius ipsum liberauit: nihil deĩceps frustra petẽs ab Innocẽtio: ĩmo Innocentius ab Anacleto antipapa Roma pulsus eũ designauit regẽ utriusq; Siciliæ: unde aĩo elatior multa in Aphrica gessit· Tunesii regnũ fecit tributariũ· Constantinopolitanũ ĩpatorẽ afflixit: Demũ ex Sicilia rediẽs amissis opera Venetorũ·xx·triremibus fuga euasit· Et postea Panhormi moriẽs Guielmũ filiũ habuit successorẽ· Blon

dus libro quinto secũdæ partis.

¶ Late Marcus Antonius ĩ historia Veneta folio xxxviii. ad finẽ. uersic. Dũ hæc domi zc. ubi subdit. Per id tẽpus Robertus Veneti nõis hostis decessit: q post multa præclare gesta cũ & Thuneta ĩ Aphrica subegisset: Illud uiuẽs regio ensi ĩscribendũ curauit. Apulus & Calaber: Siculus mihi seruit & Apher.

¶ Caput Decimũ.

Hadrian⁹. iiii M. c. lvi.

Guielmus. ii Rex Sicilie Normãnus.

GVielmus Rogerii regis fili⁹: Secũd⁹ Siciliæ & Apuliæ rex hoc ãno patri successit: regnauit ãnis. xii. Defũcto pr̃e mox Beneuentana suburbia Ceperanũq; ac Babucũ in Hernicis de ecclesia occupat: inde Hadrianus eũ Anathemate notat: & induxit Emanuelẽ græcorũ ĩpatorẽ ut ei daret. v. milia librarũ auri: & Guielmũ etiã fugaret: tres Apuliæ ciuitates ex fœdere habitur⁹. Quod intelligens Guiel. multa obtulit Põtifici ut eũ placaret: & placuit Hadriano oblatio: sed quidã Cardinales restitere: unde Guielm⁹ indignat⁹: oĩa ĩ Apulia bello attriuit: & Apuli & Salertini deditionẽ fecere. Põtifex indignatus cũ Cardinalib⁹ Guielmũ in gratiã recepit: & utroq; regno eũ ĩuestiuit: iurantẽ se Romanã sedẽ ueneraturũ. Inde Apuliæ reges singulis ãnis uectigal Pontifici psoluere cõsueuerũt. Supplementũ.

¶ Dũ Hadrianus. iiii. celebrat ĩ Laterano sanctũ Pasca allat⁹ est ei nũtius q̃ Guielm⁹ Siciliæ rex q paulo ante Rogerio pr̃i successerat: occupauerat

Beneuenti suburbia & Ceperanũ Babucũq; oppida & hostiliter Romanę ecclesię ditionẽ uexabat Cõmotus Hadrianus eũ excõicauit: & titulis regni priuauit: proceresq; & populos a iuramẽto fidelitatis absoluit. Venerũt postea Romã proceres Apuliæ & Calabriæ rogantes enixe Hadrianũ ut eos liberaret a tyrãnide Guielmi Normãni Dum pontifex se ad iter cũ exercitu parat. Venit nuntius ab Emanuele imperatore Græco offerens ingentẽ quantitatẽ pecunię pontifici:& se Guielmũ expulsurũ si ei tres in Apulia ciuitates pmittat. Guielmus hoc audito Pontifici se humiliat: multa offerẽs & totidẽ pecuniarũ: Pontifex acceptasset: ob suspectã ueterẽq; Græci inimicitiam: Sed Cardinales Græco fauebãt. Guielmus ĩ Apulia iã arma mouerat superatis Græcis: Proceres q pontifici iurauerãt: defecerũt ad Guielmũ. Pontifex simulãs ire Romã: pręmisit Cardinales: mox Guielmus pedibꝰ eius puolutus solita regni utriusq; iura noua infeudatione obtinuit. Ex Blondo libro quinto secũdę decadis folio.clix.

Alexander.iij.
M.clxviij.

Caput Vndecimũ.

Guielmus.iij
Rex Sicilie.


ORTVO GVIELMO q magnꝰ nũcupat᷑: successit Guielmus.iii.eiꝰ filius Sicilię & Apulię rex: & regnauit annis xxv. pacis cultor sua pecunia & triremibus iuuit Alexandrũ in discrimine cũ Friderico Barbarossa cõstitutũ ut fugeret. Postea multa fecit in Asia: &

Saladinū domuit: & bello christianorum Hierosolymitano maximā opem prestitit. Demum Panhormi sine filiis decessit. Supplementū.

Hic regnū Siciliae ad ecclesiā deuolutum.

¶ Caput Duodecimū.

TANCREDVS eligit hoc anno a proceribus insulae mortuo Guielmo sine legittimo herede. Nec quantum regnauerit constat. Hūc tamen ferunt ex dānato coitu genitum. Vnde Clemens Pontifex iura sua repetiturus: statim copias eo misit: quibus dum Tancredus resisteret: omnia rapinis & cedibus repleuit. Quas ob res mortuo Clemente Celestinus tertius successor ut intrusum in regno domaret: Constantiam Rogerii regis filiā e monasterio Panhormitano occulte traxit: Eāq; (licet professam) Henrico quinto filio Friderici Barbarossae in Armenia defuncti uxorem dedit: hac conditiōe ut regnum Siciliae & ultra pharū ei dotis noīe repeteret: feudatario censu Pontifici reseruato. Henricus igit cōparato exercitu in Tancredū mouet. Cuius aduentu territus Tancredus Neapolim se cōtulit & inclusit. Quē post multā obsidionē interfici curauit. Cui Guielmus filius successit. Ex Blondo libro. vi. secūdae decadis folio. c. lxxii.

Clemens. iij. M. clxxxix.

Tancred⁹ Rex Sicilie.

Nō ergo regnauit Guielmus xxv. ānis: sz. xx.

Electio nulla q2 illegittimus icapax feudi ecclesiastici.

Constantia ex monasteria extrahitur.

Blondus appellat sextū: ceteri quintum.

¶ Caput. xiii.

HENRICVS quītus filius Friderici patri cognomento Barbarossa: maritus Cōstantiae eductae ex monasterio: Siracusa

Celestinus. iij. M. cxc.

Henric⁹. v. sueuus impator Rex Apulie & Sicilie.

& Cathania urbibus sibi nomīe dotis assignatis. Tusculanū agrū Celestino tradidit: qui mox receptus a Romanis dilaceratus est. Nā Tusculū solo ęquarūt: & ruinaꝝ illius saxa Romā delata seruant᷑ in cliuo hui⁹ tpis Capitolino: hoc fuit ī uindictam illins magnę cladis & simili Cānensi: quā tpe Alexandri tertii receperūt Romani a Tusculanis iuuāte Ranione germano Duce Apulię ab Innocētio. ii. designato. Nā teste Blōdo durauit effectus illi⁹ cladis Romā eneruās usq; ad tpa Eugenii quarti in qbus lautiori cultu cępta est Romæ instauratio. Henricus & uxor ab obsidione Neapolitana ꝓpter pestē desistentes in Alemaniā rediere. Capta Neapoli ab exercitu Tancredus & Guielmus fili⁹ interfecti sunt. Quia uero in epos seuitū est: Celestinus Henricū excōicauit: mox absolutū ad se ī Italiā uocauit. Cōstantia secū adduxit filiū quadriennē: q postea fuit Fridericus. ii. īpius hostis ecclesię. Ita Henricus capta Neapoli citra & ultra pharū regnū accepit. Demū mortali ęgritudīe laborās: Henricus filiū & uxorē ad Innocen. iii. misit. Philippo germano suo Hetruriæ Duci Romani imperii & regni Siculi quousq; filius adoleuisset admīstratio quantū in se fuit est demādata. Obiit Panhormi. Tamē Innocē. iii. orta dissensiōe inter Philippū & Ottonē regē Saxonię Lotharii olim impatoris pronepotē: pronūciauit (ut in ca. uenerabilē de elec.) Ottonē impato

rem: quia Henricus & Fridericus pater fuerāt de ecclesia male meriti. ¶ Caput·xiiii·

FRIDERICVS eius nois secūdus ex Cōstantia Normāni regis filia olim ꝓfessa natus: In Apuliæ regnū paruulus successit: defūcto Henrico·v·impauit ānis·xxxiii·Mater uidēs cūcta tumultu repleri regnū pręsidio cōmuniuit· Ottone demum ab electoribus priuato Fridericus surrogatur: Et ab Honorio cōfirmat᷑: & in Siciliæ regnum restituitur·

Innocenti⁹.iij. M.cc.

Fridericus.ij. Rex Apuliæ Sueuus.

¶ Hic quia ecclesiā (ut late ponūt historici) lacerare cœpit: demū ab Innocentio quarto dignitate priuatus est: Quē floccifaciēs: & oī Italia odiis incensa: positaq; Petri nauicula ī crebris naufragiis in Apuliā traiiciens graui morbo laborare cœpit Et a Māfredo filio spurio ex ancilla suscepto: tūc principe Tarētino suffocat᷑·Enisius ei⁹ etiā filius sed legittim⁹ in agro Bononiēsi occisus est. Fredericus reliquit hęredem uniuersalē Conradū filiū susceptū ex Iola filia regis Hierosolymitani: quē tñ idē Manfredus spurius ueneno postea sustulit

Dignitate priuatur.

Hic regnū deuolutum.

Māfredus illegittimus.
Enisius legittimus.

Conradus legittimus pater Coradini.

¶ Caput·xv·

CONRADVS fili⁹ Friderici·ii·legittimus: īstitut⁹ hęres a patre: e Germania ꝓfectus paternæ priuationis exemplo non deterritus: Siciliæ regnum uiolenter ingressus est· Potitus urbe Neapolitana obsidione & fame: & mœnia in multis locis aperuit· Ciuesq;

Innocenti⁹.iiij M.ccliij.

Conradus filius Friderici.ij. Sueuus.

prẹſertí primarios male tractauit·Muros Capuẹ euertit: & Aquinũ nobile oppidũ incendit· Eodẽ anno opera Manfredi ueneno ſublatus eſt·

¶Eius teſtamentũ Manfredus ſuppreſſit: cõſciis quibuſcũq; ueneno ſublatis·Et populos ad fidem Coradini nepotis ſui hortatꝰ eſt· Videbat enĩ eos ad rebellionẽ pendẽtes ſiqua occaſio oblata fuiſſet· Hic Coradinus ſecũdũ Blondũ & cõiter alios fuit filius Henrici fratris Manfredi: quẽ Fridericus pater quia eccleſiaſticus erat occidi fecit: Sed ſcd̃m Archiepm̃ fuit filiꝰ Cõradi: utcũq; ſit legittimus: & ex legittimo erat: iure ſuccedẽs Friderico ex perſona patris ſiue Henrici ſiue Cõradi legittimorũ: excluſo Manfredo qui hoc timẽs: curauit eum infantẽ ueneno ꝑ oratores in Germaniã miſſos occidi· Sed mater callida aliũ puerũ loco Coradini eis exhibuit: qui guſtatiſ rebus donatis mox obiit· Ex Blõdo li·vii·ſecũdẹ decadis fo.cxci

¶Caput·xvi·

Alexander.iiij. M.cclviij.

MANFREDVS Friderici ſecũdi imperatoris ex concubina filius·Mortuo Cõrado fratre Siciliẹ regnũ obtinet·& regnauit annis·xiii·excõicatus ab Alexãdro· Copias eccleſiẹ contra eũ miſſas partim occidit: partim cẹpit: prẹtẽdẽs ſe fratris legittimi hẹredẽ· Et aucto ſuo exercitu: iterũ Alexandrũ cũ ignominia repulit·Partẽ Guelfam florentinoꝝ: quia eccleſiẹ fauebat: magno bello uexauit & attriuit: & Gibellios

Manfredus filiꝰ Frideric .ij. illegittimus.

Guelfus

Gibellinus

introduxit Florentiam.

¶ Vrbanus quartus ĩpatiens tantæ tyrãnidis: declarauit regẽ Siciliȩ citra & ultra fretũ Carolum fratrẽ sancti Ludouici regis Francorũ: q cõmisso prælio apud Beneuentũ Manfredũ occidit regno potitus. ¶ Caput.xvii.


CAROLVS sancti Ludouici regis Francorũ frater Prouinciæ & Andegauorum Comes interfecto Manfredo a Clemẽte Pontifice sicut antea cogitauerat Vrbanus.iiii.& scripserat Ludouico q se ad id parare ceperat: sed mors Vrbani cȩptũ illud turbauit: rex Siciliæ declaratur. Et Siciliæ & Apuliæ regnũ in suam potestatem redȩgit. Et cum rebus pacatis Viterbiũ ad Clementẽ se cum exercitu cõtulisset: in Hetruriã illico mouit: in qua ad domandos Guelfos Coradinũ adolescentẽ Cõradi Sueui nepotem uocari audiuerat. Mox in regnũ contra Coradinũ uocatus: ubi uicto & decapitato Coradino cũ Henrico fratre suo tunc Senatore & regis Castellȩ germano regnum in suã potestatem denuo redȩgit. Atq; ita Romam ueniens: in Lateranensi ecclesia rex Hierusalem & Siciliȩ declaratur: adiecta annua feudali solutiõe.xlviii.miliũ nũmorũ Romanæ ecclesiæ facienda: ea lege ut nec ipse nec successores imperiũ ministrandũ etiã electi acceptarẽt. Terrebat enĩ Pontificem Friderici primi & secundi memoria.

Vrbanus.iiii.

Sanct⁹ Ludouicus hoc tpe i Aphrica p fide militabat: vbi etiã decessit.

Clemens.iiii.
M.cclxvii.
Carol⁹ prim⁹ frater sci Ludouici regis Frãcorũ.
Gallus.
Coradin⁹ nepos friderici.ii. ad quẽ ex morte Herici pr̃is spectabat regnũ nõ fuit vocat⁹ ad ista: nec ei⁹ ius reseruatũ. Sic in successiõe Alfõsi & Ferdinãdi non fuere vocati Andegauenses.
Mors Coradini nepotis Friderici.ii. ex Cõrado ei⁹ filio.
Hic tãtũ iuris habuit ĩ regno quãtũ Fridericus. Et gesta p Manfredũ patruũ spuriũ & p ecclesiã cũ Carolo: iuri Friderici & Coradini si puatio Friderici nõ attẽdit: nõ piudicarũt.

Vetatur Regi Apulo ne electus in imperatorem unquam acceperet.

¶ Pace in Italia composita in Aphricā traiecit in subsidiū sancti Ludouici fratris sui: quo ex peste mortuo īuento: cū Tunici rege pacē cōposuit: adiecto onere annui ꝑpetui tributi.

¶ Miratur Blondus secūda pte li. viii. uersiculo. Non possum hoc loco. Quare Romani receperint Carolū etiā in Senatorē: quē magistratū anno fere administrauerit: suas expectans copias quę ex galliis ducebant. Et tamen Clemēs uoluit potius exulare Perusię aut Viterbii sicut Vrbanus prędecessor suus: & nō esse Romę pręsente rege amicissimo. Sed Blondos responderet facile: qui sęcularibus sęcularē potestatē gratiorē diceret ecclesiastica: Romanoꝝ moribus oī tēpore pensatis.

Quare clemēs abfuit Roma: in qua erat rex amicissimus.

¶ Reuersus Carolus ex Aphrica reperit regnum Siciliæ ad Petrum regem Aragonum defecisse: & ab eo debellari. Mores enim Gallorū in Apulia & Sicilia ut late scribit Leonardus Aretinus in historia Florentina. Et refert Archiepūs secūda pte folio. lxx. § . ii. in tantā nauseam populos reduxerant: ut longa patientia seposita: ex cōposito omniū populorū: certa die hora uesperoꝝ omnes galli trucidati fuerint. Vnde cōmisso pręlio reiectus est Carolus ab Aragonensi ex Sicilia ad Apuliā. Propterea Martinus quartus contra Aragonensem crucem & indulgentiam plenariā publicauit. Eadem Blondus octauo libro secūdæ Decadis folio. ccxi.

Mores Gallorum.

Trucidati fuerint hora vesperorum.

¶ Petrus uero Aragonensis se accersitũ fuisse dicebat: & eo audentius id regnum accepit: q̃ asserebat regnũ iure hereditario ad Constantiã uxorẽ suam Manfredi filiã: ex quo linea masculorũ Friderici secũdi p̃ obitũ Conradi & Coradini defecerat. Demũ Carolus moritur & Neapoli sepelitur septima die Ianuarii. M.cclxxxv. ut p̃ Archiep̃m secũda parte folio. lxxiii. §. ix.

Petr⁹ Aragonensis. Jus Petri Aragonensis in regno ex Friderico secũdo: Alfonsus q̃ successit Joãne secũde fuit hui⁹ Petri atnepos Mors Caroli primi.

¶ Nicolaus Papa. iii. Vrsinus egre ferens potentiam Caroli & precipue quia ob Senatoriã dignitatem uidebat͛ urbi dominari: statuit ne quis Senatorie dignitati preficeret͛ qui esset ex regio sanguine. Deinde opera Ioannis Porcharii persuasit Petro regi Aragonum ut iure hereditario uxoris suæ: cui Mãfredus fuit pater: & Coradinus frater cõsobrinus regnũ Siciliæ recipere anniteret͛. Sed dum Nicolaus ista molitur obiit. Successit Martinus quartus Gallicus qui Carolo fauit. hinc magni belli fomẽta: in quo Martinus Petrũ excõmunicatũ regnis priuauit: & contra eũ crucem predicandã & ĩdulgẽtiã plenariã multaq̃ alia statuit.

Nicolaus tertius tenuit q̃ regnũ iure hereditario spectaret ad Petrũ Aragonensem attauũ Alfonsi adoptati a Joãna secũda

Martinus successor fautor Gallorum.

¶ In hoc graui bello moto per Petrũ Aragonensem contra Carolũ regẽ: & Carolũ eius filiũ principem Salernitanũ. Carolus secũdus cũ multis captus: carceri in Apulia mancipatur. Demum quadriennio elapso liberat͛. M.cclxxxviii. opera Roberti Comitis Artensis cõsobrini Caroli mortui: q ex Gallia cũ exercitu uenerat in regno.

¶ Ea lege exiuit Carolus secundus carcerem Aragonensium: ut faceret q̄ Carolus de Narles alias Martellus germanus regis Franciæ renũciaret oĩ iuri quod habebat in regno Aragoniæ. Nã Martinus quartus indignatus contra Aragonenses dederat priuilegium regni Aragoniæ illi Carolo de Narles. Et pro cautione promissionis dedit Carolus pro obsidibus tres ex suis filiis. Tamen nõ potuit seruare promissa. Hæc excerpta ex Archiep̄o tertia parte folio. lxxiii.

¶ De his ita scribit Blondus. Carolus rex Neapoli appulsus: ciuitate cõfirmata quam repperit titubantem: In Apuliam se cõtulit copias inde nauigiũq; cõtractatur⁹ quo in Siciliã transportaret exercitum: sed febre correptus interiit. Regnũ id conseruatum est Carolo secũdo in Aragonis carcere agenti: diligentia Cardinalis legati.

¶ Philippus filius regis Franciæ Comes Attrebatensis ad regni custodiã accelerare iussus est: quẽ e galliis paucæ copiæ secutæ sunt. Nam plurimis indigebat pater ad destinatũ in Aragonia regnũ Martinus enim Pontifex id regnum cõcesserat filio primogenito. Interim Martinus suũ Carolum sequens morit̃. Et succedit Honorius quartus Sabellus qui excõmunicationẽ a Martino quarto factam in Petrũ Aragonensem: Fernandũq; & filios ac Constantiã uxorem ĩnouauit. Blondus.

Honori⁹ quartus fautor gallorum.

¶ Caput. xviii.


AROLVS secũdus Caroli Siciliæ re- Martin⁹.iiij.
gis filius defuncto patre: hoc anno suc- M.cclxxx.ij.
cessit in regno patri adolescẽtulus: & re Carolus.ij.fi-
gnauit an.xxv. Quinto ãno regni sui cũ Hunga- lius Caroli.
rię rex sine prole decessisset: ex hęreditate uxoria
ipsius regnũ accepit: & Carolo primogenito suo Bellum
concessit. ¶ De bello inter istũ & Dõgianũ regem
Aragonię q se uocabat regẽ Sicilię scribit Archie
piscopus tertia pte folio.lxxvii.iii.col.

¶ Ex Carolo primo defuncto solus dictus Caro-
lus superstes fuit. Ipse.xiiii.filios habebat ex Ma
ria uxore sua filia & hęrede regis Hungariæ. No
uem mares & quinq; femellas. Notiores fuere septẽ
Primus fuit Carolus Martellus q postea fuit rex
Hungariæ: Pater Andreę q successit ĩ regno Apu
liæ Roberto hui⁹ fratri: & occisus a Ioãna. Et Lu-
douici regis Hũgariæ. Secũdus Aloisius seu Lu-
douicus: q fuit ordinis minorũ & epũs Tolosanus
demũ canonizatus. Tertius Robertus dux Cala-
briæ qui patri in regno successit. Quartus Philip
pus princeps Tarętinus pater Ludouici mariti
Ioannæ reginæ Roberti neptis. Quintus Raymũ
dus Berẽgarii: qui debebat fieri comes Prouinciæ
Sextus Ioannes princeps Amoreę. Septimus. D.
Petrus Comes.

¶ Philippus rex Franciæ fili⁹ sancti Ludouici re
gis cũ magno exercitu uenit ad iuuandũ Carolũ
secundũ contra Petrũ Aragonensem anno.M.cc.

lxxxv.& cōmisso magno prælio ad radices mōtiū altissimorū qui sunt in cōfinibus Cathaloniæ. Petrus uulneratus reuersus ad uillā francā obiit: ut late Archiepūs. ii. pte fol. lxxiii. Deinde anno dñi M. cclxxxvi. fili9 eius rex Aragonū coronat9 fuit ab Honorio quarto de regno Siciliæ secundū Archiepm ibidem folio. lxxiiii. ca. v.

Mors Petri Aragonensis.

TEMPORE Nicolai quarti qui successit Honorio. iiii. & præcessit Celestinū tertiū: Pax constituta est inter Aragones & Gallicos reges. Rex enim Carolus. ii. pmisit impetrare suis sumptib9 a Pōtifice q Iacobus Arago institueret feudatari9 Trinacriæ sicut fuerat Carolus genitor suus. Quod si triennio nō impetrasset: carcerē unde dimittebat redire pmisit. Deditq3 filios sponsionis seruandæ obsides: uidelicet Carolū: cui postea Martello: regi Hungariæ: fuit cognomentū. Et Ludouicū ordinis minorū: qui postea a Bonifacio octauo canonizatus est. Ex Blondo folio. ccxiiii.

Pax inter Gallos & Aragonēses.

Latius paulo post.

¶ Nicolaus. iiii. die. xxviii. Maii in festo Penthecostes. M. cclxxxix. coronauit Romæ Carolū secūdū filiū Caroli primi regis Siciliæ. Nā liberat9 a carcerib9 Aragoniæ ueniēs ex Frācia & honorat9 ualde Florētiæ ad urbē applicuit & cū magno honore recept9 a Nicolao. iiii. q fuerat ordinis minorū: patria Esculan9. & posuit sup caput ei9 coronā regni Siciliæ & Apuliæ cum magna solēnitate & gaudio: & collatis sibi multis iocalib9 & munerib9

ab ecclesia: ac etiã subsidiis decimarũ i adiutoriũ ad recuperandã Siciliã: postmodũ inde recedens regnũ ingressus est. Hæc Archie. iii. pte fo. lxxvi.

¶ Nicolaus papa Carolũ regno honestaturus: qđ paterna successiõe habiturꝰ erat: appellauit eũ regem utriusq Siciliæ. Quod cũ audisset Iacobus Arago frustratꝰ spe quã cõceperat in fœderibꝰ cũ Carolo (ut dictũ est) ictis: illũ bello agitare instituit: & classe ingẽti p tumultũ educta i Italiã nauigãs Caietã obsedit. Carolꝰ coactus fuit uires cõtrahere: q̃ in ea regni nouitate dissipatæ erãt. Sed Odoardus Angliæ rex q primã inter eos pacẽ cõstituerat: iterato rem cõposuit: & Carolꝰ cõsentiẽte Põtifice sponsiões primo factas se intra biẽniũ seruaturũ repromisit. Ex Blondo folio. ccxvi.

¶ Anno deinde salutis. M. ccxcviii. tpe Bonifacii viii. Carolꝰ prędictꝰ dedit Iacobo Aragonẽsi præ dicto regi Siciliæ Blancã secundã filiã: & ipse dimisit Carolũ Martellũ & Ludouicũ postea sãctũ quos ut ẽ dictũ tenebat obsidebãt. Dedit etiã Lionorã tertiã filiã i uxorẽ Friderico Aragonẽsi fratri Iacobi titulo etiã regni Siciliæ eum ornando. Ex Bondo folio. ccxvii.

¶ Ad hæc tpa & psonas. Sic etiã sũmatim colligitur ex Archiepõ. iii. pte historiaꝶ fo. lxxxi. §. v. Anno. M. cclxxxv. Opera Bonifacii papæ octaui Pax facta est inter regẽ Aragonũ & regẽ Carolũ: hoc modo secundũ Cronicã Florentinã. Mortuo Anso rege Aragoniæ Dongianus eius germanus

Qui ſupra appellat᷑ Iacobus: qui ſe fecerat coro-
nari de regno Siciliæ:& illud poſſidebat. Quæſi-
uit pacē ab eccleſia quā ſpreuerat:& a Carolo tūc
ſecūdo rege Apuliæ ita cooperāte Bonifacio. Pa-
ctum ut Dongianus duceret uxorē Caroli: dimit
teret Siciliā: relaxaretq̧ obſides datos in Arago-
nia a Carolo:Robertum:Raymundū & Ioannē.
Carolus ecōtra auctorizante Bonifacio ꝓmiſit ꝙ
Carolus Martellus germanus regis Franciæ renū
tiaret īueſtituræ quā de regno Aragoniæ dederat
ſibi Martinus quartus. Ad quod facilius fiendū
dedit ei Carolus comitatū Andegauiæ:& filiā in
uxorem. Et ipſe Carolus rex Apuliæ acceſſit in
Franciā: & rebus ſedatis: filios eduxit de carcere
Aragonenſi. Reuertēs Neapolim īuenit Floren
tiæ Carolū Martellū filiū ſuū: creatū regē Hun-
gariæ cū magna pompa: manſitq̧ ibi diebus.xx.
honoratus ualde:mox Romā cū filiis ueniens:ha
bita ſuꝑ præmiſſis cōfirmatiōe apoſtolica reuer-
ſus eſt Neapolim.Dongianus dimiſſa Sicilia re-
uerſus eſt in Aragoniā:& de illo regno fecit ſe co-
ronari. Accidit ꝙ cū Carolus rex Apuliæ uellet
poſſeſſionē Siciliæ iuxta cōuenta reperit(neſcit᷑
an culpa Dongiani uel Pontificis) ꝙ Fridericus
germanus Dongiani ſibi Siciliam uſurpauerat.
Fratres illi mox citant᷑ a Pōtifice indignato.Don
gianus cōparet ducta ſecū Cōſtantia matre: & fi-
lia Manfredi regis Siciliæ de facto.Purgauit ſe ī

premissis Dongianus adeo q papa eũ instituit regem Aragonũ: uexilliferũ ecclesiæ in mari: & regem Sardiniæ si eã liberaret a Pisanis. Rex Carolus omnẽ iniuriã ei remisit.

¶ Fridericus in Sicilia intrusus: ĩnouauit quædã multa feritate. Anno. M. ccxcviii. Carolus iuit cũ classe adiutus a Dongiano in Siciliã cõtra Fridericũ. Capti Siculi: & ipse Fridericus qui aufugit ab ipsis: & Carolus nõ habuit Siciliã. Postea in fine eiusdẽ anni Philippus princeps Tarenti filius Caroli secũdi cũ classe & exercitu inuasit Fridericum: quẽ debellauit & cœpit: ut p Archiepm ubi supra folio. lxxxii. § . iiii. in fine.

MORTVO Iacobo Aragonẽsi genero Caroli secundi Gallici: Cuius etiã frater Fedricus Lionorẽ filiã eiusdẽ Caroli habebat uxorẽ. Robertus filius Caroli & Calabriæ Dux iussu patris in Siciliam traiiciẽs: Cathina urbe potitus est. Et Philippus princeps Tarentinus Federici frater cum potenti classe subsecutus. Verũ Siculi ueteri odio gallici nois pro Aragonensi tenentes: naues plurimas armauere. Et primo classem quã Robertus õmiserat facile occuparũt. Deinde Philippi classem cũ ipso interceperũt: Philippo Panhormi carcerato. Robertus relicta Cathina in ciuiũ potestate i Italiã rediit. Et Federicus Arago frater Iacobi & sororis Roberti & Philippi ex Hispania cõuocatus Siciliam obtinuit: & paulo post pene omnẽ Calabriã

M. ccxcix

Federicus Arago Siciliam & pene omnẽ Calabriã obtinuit

Ex Blondo folio.cc.xvii.


M.ccci. CAROLVS Valesius anno secũdo a Iubileo tpe Bonifacii.viii.ut erigeret rem cõsobrini regis secũdi Caroli Neapolitani: Cõtulerat se ex Hetruria in Apuliã cum copiis oĩbus: Nec id displicuit Bonifacio papę: postq̃ deciderat de spe auxilii regis Franciæ. Et Valesius ĩ Calabriã ducẽs prędã aĩaliũ igentẽ abegit: sed neminẽ habuit obuiũ resistentẽ. Federicus eni nõ ausus cõgredi prelio: pacis primus mentionẽ fecit: quę in hũc modũ cõstituta est: Redditis nãq; urbib9 & oppidis de Italia captis: & captiuis hinc inde liberatis. Permissus ẽ Federicus Aragonẽsis q̃diu uixisset Trinacriam possidere: Ita iure iurãdo spõdentib9 gallicis rege Carolo filiis & Valesio. Ex Blõdo folio.ccxxviii.

¶ Aliter narrat hoc Archiepũs.iii.pte folio.lxxxv &.xvi. Dicit eni q̃ Federicus uidẽs se ĩparẽ Carolo: ĩpediẽdo uictualia adeo fatigauit eũ q̃ coact9 fuit Carolus recedere sine honore & p minori erubescentia Caroli facta est pax simulata uidelicet q̃ Eleonora filia regis Caroli daret̃ in uxorẽ Federico: & rex & ecclesia iuuarẽt eũ in acq̃sitione alterius regni: quo facto traderet Siciliã Carolo: q̃ si reginã ei nõ posset acquiri: teneret Siciliã noĩe dotis: Et post mortẽ suã & filiorũ dimitteret Siciliã Carolo regi & posteris: filia sine cõuentiõe desponsata est: alia promissa euanuere. Rediit Valesius Neapolim: subinde in galliam honore uacuus se

eundum Archiepiſcopum.

¶Obiit Carolus ſecundus rex Apuliæ Anno.M.cccix.fuit ualde liberalis & gratioſus ita ut diceret alter Alexander:& ſi in munificentia:ſed non in arte bellandi & induſtria aut fortuna ſimilis: Et in ſenectute ſua effeminatus:poſuit maculā in gloria ſua libidine uictus. Succeſſit in regno Robertus primogenitus eius tunc dux Calabrię:qui cum magna comitiua Baronū per mare tranſiuit in Prouintiam exinde ad Clementē quintū a quo coronatus fuit corona regni Siciliæ & Apuliæ:ac etiam dimiſit ei debitum quo tenebatur pater ei9 & auus eccleſiæ in ſubſidio eis pręſtito in bello cōtra Siculos: quod erat trium miliū unciarū auri. Archiepš.iii.parte folio.xciii.§.primo.

¶Caput.xix.



OBERTVS CAROLI ſecundi Sicilię & Apuliæ regis filius patri ſucceſſit: & regnauit ānis.xxxiii.Rex multorū ſcriptorū laudibus celebratus: quoniam nedum rei militaris peritia:ſed multarum ſcientiarum ornamento uere inclytus.Regni titulis a Clemēte papa in Auinione ſuſceptis. Profectus eſt ex galliis ad Pelaguram Bononię legatum: qui curam Ferrariæ tumultuantis ei demandauit.Miſit deinde Ioannē fratrē ex Neapoli Romā ut inde expelleret Henricū ſeptimū impatorē:quia totam Italiā ſua tyrānide turbabat. Coactus Henricus abiret

Clemens.v. M.cccx.

Robertus

Gallus

Robertũ reum lesę maiestatis fecit: & nõ citatũ regno priuauit: quã sñiam cũ inde secutis Clemens in cle. Pastoralis de re iudicata irritã declarauit. Hic Robertus Genuę Sauonę & qurũdam aliarũ urbiũ dominiũ habuit opera Guelforũ. Demum nullo filio superstite moriẽs: regnare pręcepit Andream ex Carolo Martello fratre rege Hungariæ natũ nepotem: licet Ioãna nata ex Carolo filio Roberti a Florentinis (ut est dictum) olim uocati regnum administrauerit ut sequitur.

¶ Dolens Petrarca de morte Roberti potissimũ quia successit regina iunior & nepos adolescens: post deplorationẽ ita scribit epistola prima quiti libri. Ita me reginę iunioris: nouiq; regis adolescẽtia: Ita me reginæ alterius ætas ac ꝓpositũ: ita me tandẽ territant Aulicorũ ingenia & mores: Mendax hic utinã sim ꝓpheta. Sed agnos duos multorũ custodię luporũ creditos uideo: regnumq; sine rege. Nã quid ego eũ qui ab alio regit᷑ regem dicam: multorũq; seuitiæ expositum?

¶ Robertus nouũ Pontificẽ salutaturus Auinionem accessit: recedens a Pistorio quã terrã cũ Gibellinis obsederat: ut eã ab oppressione Guelforũ liberaret. & Cardinalis legatꝰ Pelagura nũcupatꝰ sub censurarũ interminatiõe eos ãmouit.

¶ Petrarca appellat Robertũ serenissimũ regẽ & unicũ decus ætatis suę Epistola secũda. iiii. libri ĩ qua ostendit eũ fuisse uerũ regem: omniaq; regio

nomini necessaria in eo fuisse.

❡Bella in Italia inter Gibellinos ꝓ quibus Ludo douicus Bauarus ĩ imperio intrusus & Galeacius uicecomes & Guelfos ꝓ quibꝰ Ioãnes.xxii.Robertus & Carolus filius & Florentini.

❡Anno.cccxviii.Robertus iuit Ianuã in auxiliũ partis Guelfæ contra Orienses & Spinolas exules & cõmisso sepius prelio:domuit exules:& iuit ad Ioannẽ papã: postea eo absente iterũ exules plura ĩnouarũt: sed tandem ope etiã gentiũ regis exterminati sũt. Archiep̃s tertia pte folio.xcix.§.ii.iii.&.v.extendens multorũ prelia pro habẽda Ianua:& postea de Mediolano etiã a Roberto desiderato.

❡Dum Castrutius tyrannus Lucensiũ premeret Florentinos ex Pescia postularunt a Roberto ut eis daret Carolũ filium ĩ dominũ:quod factũ est: Paulo post & Castrutiꝰ & Carolus fœlicitate Florentinorum obiere.

❡Anno.M.cccxvii.finita treugua inter regẽ Robertũ & regẽ Siciliȩ Federicũ. Robertus cũ classe & exercitu ꝓfectus est in Siciliã: & in.xv.diebus multa deuastauit & occupauit in regno. Federicꝰ latuit semp in castro Gianni.Vnde Sicilia maius damnũ passa a Roberto q̃ a Carolo primo uel secũdo:& si cõtinuasset per annũ subigebat Siciliã. Ioãnes papa.xxii.iussit Roberto ut faceret inducias quinquẽnales: paruit domino suo:data ciui

tate Rhegii & aliis terris i depositũ papę. Tandẽ in dominiũ Roberti cõquerente frustra Federico deuenerũt. Archiepũs tertia parte folio.xcviii.

¶ Anno.M.cccxxxiii.ad finem põtificatus Ioannis.xxii.Mutata est Italię conditio. Nam quibus Papa & rex Bohemiæ amici essent: his Robertus rex & Florẽtini aduersabant̃: nullo Guelforũ Gibellinorũ ue discrimine. Roberto cõiuncti contra ecclesiẽ Scaligeri: Gonzage: Carranẽses: & Estenses: quos omnes Ioannes.xxii.excõmunicauit. Blõdus.ix.libro secũdæ decadis in principio.

¶ Gesta Roberti contra Henricũ: quẽ Archiepũs appellat septimũ: late ponit Archiepũs.iii.parte folio.xciiii. Inferens quicquid etiã cum filiis suis ęgit in Tuscia ꝓ Florentinis. Late etiã ponit Blondus.ix.libro secũdę decadis folio.ccxxi.cũ pluribus sequentibus. Et Leo Aretinus in historia Florentina libro quarto & quinto.

¶ Caput.xx.

Clemens.vi. M.cccxliij.

Andreas Hungarus nepos Caroli secũdi.

NDREAS filius Caroli Martelli Hũgarię regis: mortuo hoc ãno Roberto eius patruo filio Caroli secũdi sine uirili semine: accepta Ioanna ipsius Roberti regis ex filio nepte in uxorem. Post socerum & patruũ suũ regnauit in Sicilia & Apulia ãnis tribus. Sed Ioanna post trienniũ cognita uiri secordia: consentientibus agnatis eius qui regno inhiabãt: Andream ipsius uirum & consobrinum per insidias laqueo

Joãna regina prima.

Hic finita linea recta masculina Caroli ꝑmi regis Apulie.

interimere fecit. Et alteri consobrino nupsit uidelicet Ludouico olim filio Philippi Tarētini principis fratris Roberti. Remansit Andreę supstes filius Carolus cognomēto paruus dictus: de quo infra ca.xxii. Ludouicus uero Hungariæ rex & ipsius Andreę frater ita scripsit Ioannæ. Ioanna: inordinata uita pręcedens: retentio potestatis in regno: neglecta uindicta: & excusatio subsequens necis uiri tui probant te fuisse participem & consortem. Vnde Ludouicus cum paratissimo exercitu ad ulciscendā fratris necem in Italiam uenit. Et primo Sulmonēses resistere ausos seueriter domuit. Subinde septēnale bellum regnū illud multis contentionibus attriuit.

¶ Ludouicus recepto Sulmone omni regno facillime est potitus. Ioanna enī & Ludouicus Tarentinus uir suus fuga sibi a principio cōsulentes: in Prouinciā se receperant. Relicto ad custodiā regni Neapolitani Dirachino filio comitis Grauinensis fratris germani regis Roberti quē Ludouicus rex Hungarus cū omni pręsidio a Ioāna relicto captum capitali supplicio affici iussit. Ludouicus tertio mense aduenerat: in Hungariā reuersus est territus a peste quæ totam Italiam trienio attriuit: ita ut ex centū quibuslibet .x. supstiterint. Reliquitq; in pręsidium regni Hungaros. Blōdus decimo libro secūdæ decadis fo.ccxxxvi.

¶ Roberto regi erant duæ neptes ex Carolo filio

qui antea a Florentina expeditiõe reuersus adole-
scens obierat. Et Carolus Martellus frater Rober
ti rex Hungariæ habuit filium etiã nomie Caro-
lum. Obiit Carolus filius uiuente Carolo patre:
superstitibus Ludouico & Andrea filiis.

DE HAC IOANNA PRIMA seriose scribit
Poggius in libro de uarietate fortunæ: Cuius di-
cta sic sũmari possunt. Ioanna regnum paternum
nulla uirili prole superstite sola tenuit: sũma om-
nium uolũtate. Andream prolem regiam uirum
suum ex Hungaria accitum: morte affecit. Terri
ta deinde impetu Hungaroꝝ qui ad ultionẽ mor
tis uenere primo Florentiam. Inde in Prouinciam
aufugit: Illis abeuntibus: restituta: fortunam se-
cundã ad extremam usq; ætatem experta. Regnũ
tenuit summa pace: supra prudentiam muliebrẽ:
adeo ut nullo unq̃ tempore floruerit sub rege ma
gis. Vrbanus ut eam deprimeret: mouit Carolũ
principem Dirachinũ: regia ortum stirpe: qui ex
Hungaria in Italiam uenerat: & Aretiũ per inte-
stinam seditionẽ occupauerat: Prelio in regno cõ
misso: reginã captam annis confectã: puluillo ori
superiniecto ad mortem compulit.

¶ Erat Vrbano nepos noĩe Butilus nulliꝰ neq; uir
tutis neq; consilii: quẽ extollendi cupiditate Põti
fex cæcus cõuenit cũ Carolo ut ei ptẽ regni pmit-
teret. Cũctantẽ regẽ Põtifex nouo bello turbauit

paruis copiis: nec ad ibelle oppidū oppugnandū aptis: quas Carolus apud Nuceriam parua obsidione contundit. Inde Carolus regno Hungariæ potitus: dolo magni Comitis reginæq; superstitis in cubiculo gladio occisus. Exultasse ferūt Vrbanū ad nuntiū mortis: cultrūq; quo ictus fuerat ad se delatū recenti sanguine respersum auidissime inspexisse. Si Carolus diutius uixisset sapientiā Roberti ęquaturus erat. Reliquit Carolus Ioānā & Ladislaum filios: ad hūc cū ancipiti diutius fortuna tandē regnū peruenisset: sororē Ioannā uiduā cū in fata cōcederet: hęredem (nā ipse caruit liberis) reliquit. Poggius.

¶ Caput. xxi.

LVDOVICVS filius Philippi pricipis Tarentini filii Roberti & Ioānę etiā Roberti regis neptis: marit9 postq̄ obtinuit regnū Apuliæ contra Ludouicū consobrinū Hungariæ regē. Noīe Clementis papæ Neapoli inunctus: regiā potestatē hoc āno accepit: & regnauit ānis. xxvi. Et suscepto regno pacē cum Hungaro renouauit. Ioanna aūt regina in beniuolentiæ signum Auinionensem urbem quæ sui patrimonii erat: Pontifici uendidit. Et ei ꝑ pretio remisit Pōtifex tantūdem quod ipsa ex feudo Apuliæ debebat: quantum ipsa Auinionensis ciuitas ualebat. Blondus folio. cc. xxvii.

¶ Cū Clemens. vi. Ludouicū Tarenti principē co

Idem Clemēs M. ccclij. Ludouic9 nepos ex fratre Caroli secūdi.

Gallus

Auinionensis ciuitas ab ecclesia emitur.

Ex sequentib9 inferri pōt Ludouicū predecessisse Ioāne.

rona regni Neapolitani insigniri fecisset. Pax cũ Ludouico Hungarię rege cõsobrino renouata est De qua re Petrarca ad Philippũ Caualiceñ epĩa ita scribit. Rex Siculus dilatũ diadema recepit. Interq; eũ & Hungaricũ regnatorẽ pax nũc eterna cõuenit. ¶Caput.xxii.

Vrbanus.vi. M.ccclxxxi.

Carolus.iii.

Ex Gallis

Filius Andree occisi a Joãna: vt in historia Hungarica. 98.

Joanna prima adoptauit Ludouicũ Andegauensem.

Mors regine Joanne.


AROLVS nepos Ludouici regis Hũgariæ quæ(ut est dictũ)pestis in Hungariã remiserat. Ortus regio genere ex Carolo primo qui Manfredũ superauit. Vocatus fuit ab Vrbano ex Hungaria cũ exercitu cõtra reginã Ioannã Tũ quia ipsa fauebat Clementi.vii. antipapæ: Tũ quia dicebat̃ adoptasse in filiũ Ludouicũ Andegauensem quondã regis Francorũ filium. Cognouerat Vrbanus quãtus esset Carolus in re militari cũ olim in bello Teruisino ꝑ Hungaris contra Venetos strẽnue se gessisset. Veniens itaq; in Italiã cũ octo milibus eqtibus Hungaris terruit Florẽtinos: & acceptis ab eis.xl.milibꝰ nũmum auri: Pontificẽ mox Neapolim petiit: & mirabili uictoriæ cursu capta regina & ducibus eiꝰ superatis: regnũ obtinuit: Postea reginã iterfecit. Regnauitq; ibidem annis quattuor.

¶Anno deinde sequẽti Ludouico hungarię rege nepote Roberti ex filii filio sine liberis defuncto: Proceres Hũgarię ne reginę subessent Carolũ accersiuerũt: qui magna populorũ grã coronatꝰ: nõ multo post dũ cõuentũ celebraret: reginę dolo interfectus est. Anno.M.ccclxxxv.

VRBANVS Pōtifex ut gauderet portiōe fœlicitatis regni a Carolo capti: cū tota curia Neapolī se cōtulit: ostēditq; ea uera esse quę ei a principio Cardinales obiiciebāt: q; etsi esset hō acerrimi ingenii: tñ tantæ pṫicaciæ esset ut durus & rusticus ac nemini amabilis: nemini gratiosus esset. Mox eni nepotē suū creari Capuę principē a rege contendit: qđ cū uellet uiolēter obtinere: rex ei ꝓhibuit adhibitis custodib⁹ exitu urbis & palatii. Pōtifex tamē obtinuit a rege q; ꝓpter ęstatis caumata habitaret Nucerię. In quo loco pręsidio cōmunito ingentē turbā Cardinaliū creauit. Septē etiā ex ueterib⁹ carceratis: quos diceret coniurasse aduersum se cū rege & antipapa. Citauit etiā regē ut ad ei⁹ priuationē ꝓcederet. Rex autē ut facili⁹ (sicut ipse dixit) respōderet: Cōtractis copiis Nuceriā circūsedit. At Raymundus Baltianus gente Vrsinus Comitis Nolani fili⁹ q postea fuit princeps Tarentin⁹ Vrbanū cū curia ad mare ꝓximū deduxit: ubi triremes Genuensiū affuerunt: & dū Pontificē uehebāt: ex septē Cardinalib⁹ Nucerię captis: quinq; saccis īuolutos in mare demergi curauit. Romāq; reuersus. xxix. Cardinales creauit ꝓ maiori ꝑte Neapolitanos. Blondus fol. cclviii. Et Archiep̄s. iii. ꝑte fol. cxxxiii. §. xii. Postea priuationē Caroli factā ab Vrbano Bonifaci⁹. ix. reuocauit: ut ca. ꝓximo. uersiculo. Ladislaus adolescentulus.

Caput. xxiii.

M.ccclxxxij.

Alius Ludoui cus huius Ludouici filius paulo post in Gregorio.xij. & Alexandro quinto


VDOCVS Andegauensis dux & Francorũ regis frater: Caroli prędicti inimicus: Adoptatusq; a regina Ioãna: uenit in Italiã cũ ·lv· milibus Gallorũ contra Carolũ: & ut Vrbanũ Pontificẽ deiiceret: apparatus formidabilis: expectatio ingens: Bernabonus Mediolani domin⁹ Ludouico fauebat. Vrbanus papa Carolo: Florentini mixti. Tandem in Hetruria erũpens Ludouicus: cœpit & diripuit Aretiũ: bienniocq; conatus Carolũ ĩ Apulia debellare: interiit. Galli sui Aretiũ uendidere Florentinis ꝑ·lx·M. Et Andegauẽses soli & prope nudi potius q̃ inermes mendicata hostiatim ad uictum stipe longitudinẽ Italiæ sunt emensi. Late Archiep̃s·iii·pte folio·cxxxii·§·de transitu Gallo℞·Et Blondus·x·li·secũdæ decadis folio·cc·xlviii·

¶ Vrbanus anno uno Genuæ acto Lucam se contulit: & semestre ibi acto: per Pisanos & Senenses Perusiã se cõtulit. Egit uero in ea paucos menses: q; desiderio teneret̃ Neapolim repetendi: statum euersurus Ladislao admodũ puero: & Ioãnæ sorori: ad quos regnũ Caroli patris hæreditate peruenerat. Fouebãt enĩ Vrbano maximã spem si accessisset: multi proceres soliti studere Ludouico Andegauensi: ut propriæ regis utilitati cõsulerent: q̃ q; Põtifici afficerent̃. Sed magna usi fide Caietani: pueris seruatis regnum quoq; seruarũt. Vnde Pontifex Ferentinũ usq; delatus: cũ nullas rebel-

liones intellexisset fieri ab his quæ ita pmiserant: quia pueros superstites metuebant: Romã uenit nouos: ut est dictũ: Cardinales creans: & curia repleta Banderesii quieuerũt. Blondus folio. ccxlix decimi libri secũdæ decadis.

Caput. xxiiii.

LADISLAVS Caroli regis ĩ Hungaria necati filius: hoc anno in Apuliæ regno successit: & regnauit annis. xxix. Venit ex Hungaria ubi res prospere nõ succedebant ad Italiã: & opera Alberici Comitis Cunii regnũ in integrũ redegit. Et ob magnã rerũ prosperitatem duce prudentia factus est omnibus etiã Pontifici formidabilis.

Idem Vrban⁹ M. ccclxxxv.

Ladisla⁹ Hungarus.

Vigesimo anno sui regni Ladislaus sub specie amicitię Romã uenit. De hoc late Platina ĩ Inno. vii. Et Archieps tertia pte fol. cl. Et plenius Leonardus Aretin⁹ qui interfuit epistola sexta. Superioribus diebus zc. Et cõcitauit Romanos ut contra Innocẽtiũ. vii. arma sumerẽt: quare. xi. ex Romanis leuitate Ludouici nepotis Innocentii occisi sunt. & Innocẽtius timore Romanoꝝ cũ curia Viterbium aufugit.

Iterũ pontificãte Gregorio. xii. p eius absentiã rex Romã occupauit. Et Pontifex illum regni titulo priuauit. Et Ludouico filio Ludouici Andegauensis filio regnum concessit.

Priuatio Ladislai z cõcessio facta Ludouico Ludouici Andegauensis filio.

Postea tpe Ioannis. xxiii. Neapolitani: adeo a

militibus ecclesiæ ꝓfligatus fuit Ladislaus: ut aliquãdo dixerit: ꝙ si hostis prudentia uti sciuisset: totius regni potestatẽ ei accepisset. Varia deinde inter regẽ & Pontificẽ fortuna. Rex Cortonã uendidit Florentinis. Cũq; eos domare constituisset: morbo correpť Neapoli rediit: ubi dolo cõcubinę in actu uenereo uenenatus obiit. Supplementũ.

Vendita Cortona.

LADISLAVS adolescentulus filius Caroli per Bonifaciũ restituit᷑ ad regnũ paternũ occupatũ a tyrãnis & a populis q Ludouici Andegauẽsis partes secuti fuerãt. Et qa occupatores tã urbis Neapolitanæ q̃ cęterarũ partiũ regni initebant᷑ priuationi: quã fecerat Nuceriæ Vrbanꝰ. vi. ob delictũ Caroli: ut supra. c. ꝓximo. Ideo Bonifaciꝰ eã priuationẽ abrogauit. Et curauit Ladislaũ coronari in Caieta p manus Cardinalis Florẽtini. Soli enĩ Caietani Ladislao & sorori Ioãnę fidẽ cõstantissime seruauerãt. Blondus ad finẽ secũdæ decadis.

Bonifaciꝰ. ix. M. cccci.

¶ Et subdit folio sequẽti ꝙ dũ rex Ladislaus obsidione prẽmit recipiq; Iaderã: audiuit Neapolitanos cõiurationẽ cũ qbusdã regni procerib' iniisse & populos pẽdere ad rebellionẽ: quare Iadera Venetis quoꝝ pluries fuerat uendita: Neapolim rediit: & neminẽ i regno esse pmisit: qui uel oppidi aut arcis dñatũ. Et cũ multos patria eiiceret pricipes uiros: tũ i Seuerinates familiã crudelit᷑ aniaduertit: quoꝝ primores capitali iudicio sũt affecti.

Huius causas clarꝰ ponit Archiepũs ut statĩ sequitur.

Seuerinates.

Plura de Ladislao nõ narrat Blondus: Sed in. iiĭ. decade libro primo continuat gesta Ioãne regine scđe sororis Ladislai.

¶ Anno. M. cccciii. mẽse Iulii ꝑfectꝰ est Ladislaus

Iaderã cũ magna comitiua: qa maior ps procerũ Hũgariæ repudiauerat Sigiſmundũ filiũ Caroli impatoris & germanũ Ladiſlai regis Bohemorũ depoſiti ab ĩpio. Et pceres q Ladiſlaũ uocauerũt obuiãtes fecerũt eũ coronari p epm Strabonẽſem: ad quẽ de more ſpectat talis coronatio. Cum autẽ pręmiſiſſet Comitẽ Tricaricũ de ſcõ Seuerino cũ lãceis.ccc.ut regni poſſeſſionẽ capet: reperit mutatã Hungarorũ ſniam q malebãt Sigiſmundũ: & ad idẽ ſe flexerũt qui Ladiſlaũ uocauerãt & ita deceptus receſſit. Archieps.iii.pte folio.cl.

¶ANNO.M.cccc vii.cũ Ladiſlaus i Apulia obſideret ciuitatẽ Tarentinã:in qua dñabat ducifſa oli' uxor Raymũdelli de Balzo cũ filiis ſuis Comitib9 Litii. Poſt multa pręlia eã duxit uxorẽ:cũ filiis Tarentũ accipiẽs. Hęc uocata regia Maria:q̃ lõgo tpe regi ſupuixit:ad ſua reuerſa. Aliã prius habuerat uxorẽ filiã regis Cypri:quã dr ueneno extinxiſſe: nulla ex ea prole ſuſcepta. Veneno & ipſe in adoleſcentia potionatus:exenteratis mulis calidis intromiſſus:malitiã uirus euicit: ſiue aũt ex eo ſiue ex alia cauſa quaſi balbutiẽs nõ prõpte uerba ualebat exprimere.

Ladiſlaus balbutiens cauſa veneni.

LVDOVICVS de Migliorotis nepos olim Innocen.ſeptimi:q.xi.Romanos trucidari fecit: rebellis eccleſiæ & eius paſtori: cũ multas ciuitates ſibi uſurpaſſet in Marchia:cernẽs ſe inſufficientẽ ad reſiſtendũ eccleſiæ: amicitiã cũ Ladiſlao iniit:

Pro curius rei fędere Esculum postq̃ expoliauit ei cõcessit: In eius quasi cõpensationẽ rex eũ Comitẽ instituit Monopolii & quorũdam circa illud ca-strorũ: Sed nõ multo post rex ei abstulit sub ali-quo prętextu · Archiepũs ubi supra.

LEONARDVS Aretinus q fuit secretarius In-nocẽtii · vii. & Gregorii · xii · Epl'a · xix · Quod flagi tas. Et · xxiii · Postq̃ alias · Scribit q̧ uacante sede obitu Bonifacii · ix · Cõsiderauit Ladislaus q̧ Põti fices q tpe scismatis erãt Romę cõcesserant regnũ Ladislao: qui uero in galliis duci Andegauensiũ: quare timens ne Gallicus eligeret̃ in Pontificem: oẽs machinas adhibuit ad impugnandã unitatẽ: Intererat enĩ sua ut p diuisionẽ ppetuã sedes Ro-mana imbecillior maneret. Oratores itẽ ex gallia instabãt pro electione: tandẽ electus est Angelus nobilis Venetus Gregori⁹ · xii · nũcupatus.

¶ Epistola sequẽti: Scripsi nuper · Late describit q̧ copię Ladislai regis cũ Romanis exulib⁹ Duce eoꝝ Ioanne cũ Nicolao Colũnensibus: uia Latina ad · xii · lapidẽ approquarũt urbi: erecta metu Ro ma ad Gregoriũ Pontificẽ currit ille affirmat con ficta esse oĩa. Nocte sequẽti in prima uigilia mi-lites regii intrant urbem p uastę solitudinis loca. Clamor sublatus per urbẽ diffũdit̃: itur ad arma Põtifex in Castellũ sancti Angeli se reduxit · Car dinales fuga maxime uersus Sutriũ sibi cõsulũt. Inde animi Romanorũ debilitati: ea nocte hostis

superior fuit. Nec iam procul a Capitolio pugna erat. Albescēte iā cęlo. Paulus Vrsinus cū equitatu accurrit: & a fronte & a tergo hostes cingēs: eos in fugam uertit: ex mœrore leticia ingens. Miratᵉ Leonardus rei spectator: tantā mutationē tā breui tpe contigisse. Fuerūt qui secūdū eū putarunt: totā hanc rem a Pontifice de industria cōpositam ut mentio unitatis obrueret. Premiserat enī cū iuramēto & uoto ante & post electionē de renūtiando quotiens in fauorē unionis de hoc requireretᵉ. De his etiā latius scribit Platina ī Gregorio. xii.

ERAT TEMPORE huius motus Paulus Vrsinus in urbe ad stipendiū ecclesiæ cū mille equitibus. Et in hac uictoria habuit captiuos Ioannē & Nicolaū Colūnenses. Rex autē Ladislaus cum ad mœnia expectaret prosperū rei exitū & nullū signum uideret: nō est ausus īgredi: nec ullā opem Colūnensibus præstitit: audaciam concitati Romani populi timens. Paulus autem Vrsinus qui antea prætendens se creditorē Gregorii. lx. miliū florenorū: & ratione stipendii: & ratiōe mutui facti in coronatiōe: ideo Thuscanellā sibi usurpauerat: nunc mense Augusti: hanc uictoriam secutis quasdā etiā terras habuit a Gregorio pro stipendio. Inde Gregori⁹ e Roma discessit pro materia scismatis tollendi. Aarchiepiscopus tertia parte folio. cl. ca. quarto ī pricipio. Et folio. cliiii. §. iiii.

LADISLAVS REX nō contentus q̄ semel peri

culo Romanorum dominium ecclesiæ Romæ uexasset tēpore Innocentii septimi. Et iterum pontificante Gregorio.xii. Romā in tanto bello ciuili: deo sibi omni tēpore resistente implicasset. Tertio idē facinus aggressus Romæ dominiū (deo nō tamē ad multū tempus sinente) adeptus est. Nam absente Gregorio qui ex Roma Lucā sensim petierat: fœdere inito cū Cameracensi & aliis tyrannis Marchię: & cum Paulo Vrsino qui tunc urbem gubernabat: habita etiā occulta intelligentia cum Colūnensibus & Sabellis. Posuit quattuor galeas ī faucibus Tyberinis: obsessa fame Roma. Vnde Hostienses Hostiam ei dederūt.

Ladislaus dominatur vrbi.

¶ Romani aduertentes uarietatē Pauli & aliorū: Hostiā captam: partē exercitus regii in urbē introductā: tradiderūt Romam regi: qui die.xxv. Aprilis. M.cccc viii. magno triūpho ingressus est Capto eodem die Capitolio ī deditionem: & aliis fortaliciis urbis: & habitauit iuxta palatiū papæ in habitationibus Camerarii.

¶ Paulo post detectum est q Gubernator Genuę tractatū habebat cū Paulo Vrsino de danda Roma Benedicto papæ.xiii. Et illud forte secutum fuisset: nisi tempestas maris traxisset ad portū Veneris.xiii. galeas Ianuensiū: quæ ex Ianua Romā ueniebant: pręmissis ebulientibus: quæ postea a Gregorio allegebantur contra Benedictum simulatorem optatę unionis.

¶ Rex Ladiſlaus capta Roma bellū mouit in Hetruria uexatis diu Senenſibus & Florentinis. Sed interuentu etiā Venetorū dimiſſis copiis ī uariis locis reuerſus eſt Neapolim.

¶ Hoc tēpore Ludouicus Andegauēſis Dux filiꝰ ipſius Ludouici: qui deſcenderat in Italiā contra Carolum regem Apuliæ patrē Ladiſlai: Auditis prędictis: & oppreſſione quā Ladiſlaus inferebat Florētinis. Inito cū eis fędere uenit Piſas cū quīqꝫ triremibus armatis: & adorauit Alexandrū papā quintū tunc Piſis creatum: uiuentibus Gregorio & Benedicto: declaratis ab illo Cōcilio intruſis.

¶ Poſtulauit Ludouicus ab Alexādro papa cōcedi ſibi regnū Siciliæ & Hieruſalē: quod dicebat ſibi debitū. Pontifex habito tractatu cū Cardinalibus: poſtulata cōceſſit. Cū ſcilicet uacaret dictū regnū: & ad eccleſiā deuolutū eſſet. Et quia alias ꝑ Benedictū fuerat de dicto regno Auinione coronatus: nō eſt eis uiſum congruum illud reiterare. Menſe Auguſti āni ſequētis ſcilicet .ccccix. factus eſt idē Ludouicus uexillifer eccleſię: datis ſibi inſigniis ad ꝓcedendū cōtra Ladiſlaū inimicū eccleſiæ cū faueret Gregorio iā ab eis depoſito & Cōcilii inimico. Et ordinarūt ꝙ Malateſta de Malateſtis capitaneus Florentinoꝝ: Et legatus Bononiæ Baldaſar Coſſa cū ſuis gentibꝰ recuperarēt Romā. Quod tandē factū eſt iuuāte Paulo Vrſino & populo Romano: q ſe regi rebellarūt. Et Malateſta

Alexāder .v. cōceſſit regnū Ludouico Andegauenſi vt deuolutū. vīnēte Ladiſlao hoſte eccleſie.

cum triũpho Romæ receptus est. Paulo post Alexander papa obiit Bononię.

CREATO BONONIAE Ioanne.xxiii. Anno M.ccccx. Cũ ad urbem uenisset: opera Pauli Vrsini & Sforcię & Ludouici Andegauẽsis quẽ Alexãder papa regem nũcupauerat: Ladislaus pfl gat. Anno sequenti Ladislaus rupta pace cũ Pontifice Paulũ Vrsinũ cum copiis Pontificis in Picentib9 obsedit. Ioannes Roma a Ladislao pulsus cum copiis suis Florentiã uenit. Ea ęstate cũ Bononię resideret Ioãnes papa: suspẽsis omniũ animis: & ad Cõciliũ se pręparãtib9: Ladislaus rex morit. M.ccccxiii. Liberata Florẽtia a certissimo iugo seruitutis: qđ breui subiisset. Successit Ladislao Ioãna soror.

Ladislaus profligat ex vrbe.

Moritur.

Caput.xxv.



VDOVICVS Andegauensis posthumus eius Ludouici qui adoptatus a Ioanna cũ Carolo tẽpore Vrbani.vi.cõtendit. Hoc ãno Pisas uenit: & cõcessionẽ regni Apulię ab Alexãdro papa recepit: q confestim cũ exercitu contra Ladislaũ perrexit: & cum eo Baldasar Cossa qui fuit postea Ioannes.xxiii. nunc legatus de latere. Et circa Romam cũ maximis copiis statiua faciens: ab urbe ultra progredi nõ fuit ausus Sed Baldasar Cossa factus anno sequẽti Bononiæ Pontifex. Romã pfectus opa Pauli Vrsini & Sforcię Ladislaũ Romanã ditionẽ uexantẽ pfligauit.

Alexander.v. M.ccccx.

Ludouic9 filius Ludouici Andegauensis viuente Ladislao inuestitur.

Nõ ausus regnum adire.

M.ccccx. Ioannes.xxiii.

Anno sequēti Ladislaus reassumptis uiribus coe- git Ioannē prę timore exire Romā: & primo Florentiā: post Bononiā: deinde Mantuā pfectus est Et cum Sigismūdo impatore de expellendo Ladislao conuentū habuit: Laudę & Cremonę: In quibus dum insistit a cōcilio Constantiensi citatus & cōparens deponit. ℂ Caput. xxvi.



IOANNA EIVS nōis secūda Ladislai regis soror: fratre sine liberis absumpto in Apuliæ regnū successit: & regnauit annis. xxi. Varias regina lites forti animo ferens: Multi enī reges & adoptione & armis eo regno se arguebāt digniores. Alfonsus tamē Tarraconēsis rex contra reliquos pręualuit. Cuius attauus Petrus rex Aragonū cōtra Carolū primū regnū sibi uendicauerat. Hūc autē Alfonsum regina sibi in filiū adoptauerat: qui tamē paulo post eam Neapoli expulit: receptāq; etiā interdū in urbis arcibus obsedit: eius instabilitatē & mores nō iniuste domitans. Supplementū.

ℂ Ioanna mortua deleti sunt. xvi. ex primoribus quos appellauerūt cōsiliarios: qui testamentū falsum cōfinxerūt: in quo ex centū & quinquaginta milibus aureorū relictis. lxx. milia pro usibus ciuitatis legata: & Renatū fratrē Ludouici (de quo paulo ante) successorem conscripserūt. Orta inter regnicolas uarietas: Aliis Renatū: Aliis Alfonsū uolentibus. Aprutini illi se uouent: quē Pontifex

Ioannes. xxiiį. M. ccccxiiij. Ioanna regina secunda.

Inchoante Cōcilio Constantiensi.

Petr⁹ rex Aragonū attauus Alfonsi.

Ioāna secūda adoptauit Alfonsum.

Renat⁹ frater Ludouici.

elegerit. Refert Pontifici Eugenio p oratores suos populũ Neapolitanũ ad solũ Renatũ procliuiorẽ Patriarcha ab Eugenio missus p scelerato habit9: nõ recipit. Alfonsus a factione amica uocatus: ex Hischea insula nauigãs: ĩ Sinuessanos extensione facta copias parauit. Cui Vrsini & Colũnenses adheserunt.

GESTA HVIVS Ioannæ latius ceteris scribit Blondus ĩ tertia decade libro primo uersiculo. Id factũ narraturi. Et quia uideri potest p longa informatiõe: ideo sũmatim excerpsi capita rerũ put etiã feci ĩ precedẽtibus: licet hactenus nullibi ita cõtinuate institerit Blondus in historia ista sicut in Ioannæ temporibus.

¶ Sũmatim etiã scribit pgressus Alfonsi Poggius in libro de uarietate fortunæ folio. xlviii.

¶ Et multa colligi possent ex libro Antonii Panhormitæ de dictis & gestis Alfonsi.

¶ Ioanna adepto regno Neapolitano: quod etiã aliquãdo regnũ Apuliæ: aliquando Siciliæ citra farũ uocat. Assumpsit in uirũ Iacobum Marchię Comitem ex stirpe regis Francorum sed patrimonio tenui. Ea cõditiõe accitus ut regis abstineret noie Rerũ omniũ imperiũ penes reginã esset: postmodũ mutata snia regẽ appellari haberiq; uoluit secundũ Poggiũ late describentẽ leuem eius animũ moresq; nõ ferendos. Ille Sforciã carceri tradidit: & Pãdulfellũ q reginã stupro ĩfamauerat occidit

¶ Et de gestis istius Iaonnæ filiæ Caroli tertii regis Apulię & germana Ladislaī regis. Scribit etiā Archiepiscopus tertia pte folio. clix. § vi. ubi appellat eam inconstantē & parū pudicam.

¶ Iacobus Gallos prefecit regni administrationi. Indignati multi & ipsa Ioanna in nullo pretio habita: Quę tamen astu cuncta dissimulat: & marito blanditur.

¶ Iulius Cęsar Capuanꝰ reginā tentat de occisione Iacobi: Ioanna id reuelat Iacobo cōiugi. Iulius securi percutit̃. Regina illi gratior & libertati datur de egrediendo ex arce: & fidem adipiscitur cū marito a se deprimendo.

¶ Iacobus carceri traditur: Serrianus extollitur: in quem Ioanna deperibat.

¶ Ille Sforciā extinguere conat̃: & frustra.

¶ Sforcia cū armatorū caterua populū hinc inde alloquit̃: & pro reginę statu ac honore: ac Serriani deiectione omnē mouet urbem.

¶ Regina populū cōtra Sforciam inflāmat: unde omnis eius acies dissipatur. Ipse fugiēs bello agitat Neapolitanos.

¶ Coacti Neapolitani obtinēt a regina Sforciam reintegrari. Qui reintegratus: Serrianū exilio dari obtinet. Et Iacobū regem ea lege restitui ut Tarentino Comitatu contentetur.

¶ Iacobus restitutꝰ coniurationē firmat ad exitiū Sforcię. Sforcia territꝰ insidiis ī eū patis: curauit

